¶ Manuale ad vsum insignis ecclesie Sarisburiensis/ continēs ecclesie sacramenta/ & modū administrādi ea: cū multis aliis cōmoditatibus que in ceteris desiderantur.



Prodyt hoc Manuale Antuerp: Ann: 1523. Itm: 8. Anno. 15. et Londini Anno. 1554 Mariæ. 2.

M.D.lv.

¶ Venale habetur Rothomagi apud Robertum valētinū calcographū i atrio bibliopolarū cathedralis ecclesie morā degentem.


Mnibus dominicis diebus per annum et in festis simplicibus in dominicis contingentibus/post primam et capi. vel missam i capi. si habeatur tres campane breuiter pulsentur singulatim ad aquam benedictam/incipiẽdo a maiore campana deinde in fine processio. cum dicitur. añ in introitu chori pulsatur ad tertiam dicto modo: nisi sermo diceretur ad populum: tūc in fine sermonis pulsatur ad tertiam/nisi in duplicibus festis/et in dominica in ramispalmarum: a sacerdote ebdomadario alba et cappa serica rubea induto cum diacono et subdiacono textus deferentibus cum thuribularijs et duobus ceroferarijs: ⁊ accolito crucem deferente omnibus albis cum amictibus indutis/ in medio presbiterij ad altare conuersis: ac etiam cum duobus pueris quorū alter scilicet puer qui ad aquam scribitur in tabula in sale tenendo et aquam benedictam gestando: alter scilicet puer ebdomadarius lector ad matutinas/⁊ in libro tenẽdo eidẽ sacerdoti in superpellicijs ministrent/ ⁊ ad gradū chori fiat bñdictio salis ⁊ aque hoc modo.



Exorciso te creatura salis p deū ✠ viuū: p deū ✠



per deū qui te per heliseū prophetam in quā mitti iussit vt sanaretur sterilitas aq̄: vt efficiaris sal.

verū: p ✠ deū sctm̄. Hic respiciat sacerdos sal. exorcisatū in salutem credẽtiū. Et sis oībus te sumẽtibus sanitas aīe ⁊ corporis ⁊ effugiat atq; discedat ab eo loco quo aspsū fueris oīs fātasia ⁊ neq̄tia vel ṽsutia diabolice fraudꝫ oīsq; spūs imūdꝰ adiurat⁹. ⁊ finiaꝛ hoc mō

Per eũ q̃ ventur⁹ est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculũ

Et sic finiantur oẽs exorcismi p totũ annũ sequatur oõo sine Domin⁹ vobiscũ. sed tantum cum Oremus.

per ignẽ. ℟ Amẽ.

Immensam clementiam tuam omnipotens eterne deus humiliter implorantus. Hic respiciat sacerdos sal. vt hanc creaturam salis/quã in vsum humani generis tribuisti bene✠dicere ⁊ sancti✠ficare tua pietate digneris: vt sit oĩb⁹ sumẽtib⁹ sal⁹ mẽtis ⁊ corporis: et q̃cq̃d ex eo tactũ vel respsũ fuerit: careat oĩ inmũditia/oĩq; ĩpugnatiõe spũalis. ⁊ sic tñ mõ finit.

nequitie. Per dñm nostrũ iesũ xp̃m filiũ tuũ. Qui tecũ

viuit et regnat ĩ vnitate spirit⁹ sãcti de⁹. Per oĩa secla

Sub eodem tono finiãtur omnes orationes sequentes ⁊ etiam orationes post aspersionẽ aque benedicte sequatur exorcismus aque.

seculorũ. ℟. Amẽ.

Exorciso te creatura aque in nõie dei pa✠tris oĩpotẽtis: ⁊ ĩ nõie iesu christi filij ei⁹ dñi nostri: ⁊ ĩ virtute spirit⁹ ✠ sãcti: vt fias aqua exorcisata ad effugandã omnẽ potestatẽ inimici: ⁊ ipsũ inimicũ eradicare ⁊ explãtare valeas cũ ãgelis suis apostaticis: p vir

tutem eiusdē dñi nostri iesu christi: q̃ vēturus est iudicare viuos et mortuos et sclm per ignē. ℟. Amē. Sequatur oratio sine Dñs vobiscū. sed tm cū. Oremus. Oratio.
DEus q̃ ad salutē humani generis maxima quęq; sacramēta i aquarū substātia cōdidisti: adesto ppitius inuocationibus nr̃is: et elemēto huic. Hic respiciat sacerdos aquā multimodis purificatiōibus preparato virtutē tue bene✠dictiōis infūde. vt creatura tua misterijs tuis seruiēs ad abijciēdos demones/ morbosq; pellēdos diuine grẽ sumat effectū vt q̃cq̃d i domibus vel in locis fideliū hec vnda resperserit: careat oī mūditia/ liberet a noxa, nō illic resideat sp̃us pestilēs: nō aura corrūpēs: discedāt oēs insidie latētis inimici. et si q̃d est q̃d aut incolumitati habitātiū inuidet aut q̃eti: aspersione huius aque effugiat vt salubritas per inuocationē tui nōis expetita ab oībus sit impugnationibus et finiat sic.



defensa. Per dominū nostrū iesū christū filiū tuū. &c.
¶ Hic mittat sacerdos sal in aquā i modum crucis priuatim ita dicēs. ¶ Cōmixtio salis et aque pariter fiat. In nomine patris et filii et spiritus sancti. ℟. Amen.
¶ Sequatur bñdictio salis et aque pariter hoc modo




Dominus vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.
DEus inuicte virtutis auctor: et isuperabilis ipe rij rex ac sēp magnificus triūphator: q̃ aduerse dñationes vires reprimis: qui inimici rugiētis seuitiā superas. q̃ hostiles nequitias potēs expugnas/ te dñe

tremẽtes & supplices depcamur ac petim⁹ vt hãc. Hic resoiciat aquã sale mixtã creaturã salis & aq̃ dignãter accipias: benign⁹ illustres: pietatis tue more san✠cti fices: vt vbicũq; fuerit aspsa p inuocationẽ sãcti tui nominis: ois ĩfestatio immũdi spũs abijciat: terrorq; venenosi serpẽtis pcul pellat: & presẽtia sãcti spũs nobis miaz tuã poscẽtib⁹ vbiq; adesse dignet. Per dñm nr̃m iesũ christũ filiũ tuũ. Qui tecũ viuit & regnat ĩ vnitate spũs sãcti de⁹. Per oĩa scl'a sclor. Amen. ¶ Si fuerit duplex festũ extra chor fiat bñdictio salis & aq̃ priuati ante aliqd altare: & hora. vij. cãtata aspergat. In alijs vero dñicis simplicib⁹ in choro bñdicatur & ãte tertiã aspergatur vt supra dictũ est nisi in dominica ĩ ramis palmarũ: tũc enim extra chorũ bñdicatur & post sextã aspgat more duplicis festi licet duplex festũ nõ fuerit. Peracta bñdictiõe salis & aq̃ accedat ipse sacerdos ad pricipale altare: & ipsũ stãdo circũquaq; aspgat. In redeũdo ab altari primus aspgat mistros ordinati ĩcipiẽdo ab acolito q cracẽ defert deĩde ad gradũ chori redieñs ibidẽ sigulos clericos ad se accedentes aspgat ĩcipiẽs a maiorib⁹. tñ si eps p̃sens fuerit ad eũ ptinet aspersio clericor vt ĩfra dicet. Post aspsionẽ clericorũ laycos ĩ presbyterio hĩc ĩde stãtes aspergat. Dũ spargit aqua bñdicta cantetur hec añã a toto choro cãtore incipiẽte



Asperges me domine hyssopo et mundabor: lauabis me et super niuem dealbabor. Ps. Miserere



mei deus secundum magnam misericordiam tu am.

Repetatur antiphona Asperges me.



Et secundum multitudinem miserationum tuarum



Repeta tur aña Asper-



dele iniquitatem meam. ges me. Gloria patri et fi-


lio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc



et semper: et in secula seculorum. amen.

¶Repetatur Asperges me. Hec aña dicat in aspersione aque benedicte omnibus dominicis p annum preterq̃ ad pascha ad festum trinitatis. Dicetur etiã dominica in ramis palmarum et in dominica passionis domini cũ Gloria patri et Sicut erat. A pascha vero vsq; ad festum trinitatis dicatur hec antiphona ĩ aspersione aque benedicte cantore incipiente. Antiphona.





Vidi aquã egre dien tẽ de tẽplo a la-




tere dex tro alle lu ya. Et om nes ad quos



peruenit aqua ista sal ui fa cti sũt



et di cent al leluya alle luya. ℣. Cõfitemini dño



Repetat᷑ añ Vidi aquã postea dici-

quoniã bon⁹: qm̃ i seculũ misericordia ei⁹. tur. ℣.




Gloria pr̃i et filio: ⁊ spiritui sctõ. Sicut erat in princi



pio ⁊ n unc ⁊ sẽper et in secula secu lorũ. Amen. Et.

Peracta asp-siõe aq̃: sacer-dos ad gradũ chori dicat. ℣. Ostẽde nobis dñe misericordiã tuam.



Deinde p̃sbyter

℟. Et salutare tuum da nobis. dicat sic. Oremus.

Exaudi nos dñe scte pr oips eterne de9: et mittere dignare sanctũ angelũ tuũ de celis: q̃ custodiat: foueat: protegat: visitet et defendat omnes habitãtes i



hoc habitaculo. Per xp̃m dominũ nostrũ. ℟. Amẽ.

¶ Si ep̃s in aliqua simplici dñica exequat offm̃ tũc ip se idut9 capa serica cũ mitra et baculo ac oib9 supradic ctis ministris ad bñdictionẽ salis et aq̃ chorũ solet itra re. q̃ dũ fit bñdictio salis et aq̃ a sacerdote vt predicit ad hoc iduto sese i sedẽ recipit episcopalẽ ibiq3 post aspsio nẽ altaris pricipalis a pdicto sacerdote factã/tã cano= nicos q̃ ceteros clericos ad sedẽ ipsã accedentes modo et ordine prenotato aspget et tã versum q̃ oro. post añ **Asperges.** dicet ibidẽ. Si vero episcop9 executor officij nõ fuerit tũc i habitu chori cũ cirotecis tm̃ et baculo cle ricos vt supra aspgat sacerdote pdicto ℣. et or. post ã. **Asperges.** more ɔsueto sẽp dicẽte. ¶ Bñdictio panis.

Benedictio panis i dieb9 dñicis. In prima sacer dos legat euangeliũ **In principio erat verbum** reqre ad cathecuminũ faciẽdũ in fine seruitij: et postea dicat. ℣. **Sit nomẽ dñi bñdictũ.** ℟. **Ex hoc nunc et vs= q3 in seculũ. Benedicam9 dño.** ℟. **Deo gratias.** Dein de dicat sic **Domin9 vobiscũ. Et cum. Orem9.** Orõ.

Bene✠dic dñe creaturam istã panis: sicut bñdi xisti quinq3 panes in deserto: vt oẽs ex eo gustã tes tam corporis q̃ aie accipiãt sanitatẽ. In nomine pa✠tris et fi✠lij et spi✠ritus sancti. Amen.

Tũc aspergat aqua bñdicta super panẽ et distribuat.

In nocte natiuitat. dñi dũ canit nonũ ℟. cũ suo versu et **Glia pri.** pcedat diacon9 cũ subdiacono

et thuribulario & ceroferario & accolito cruce deferēte oibꝰ solēni apparatu indutis ad thurificādū altare: & accepta bñdictione ab executore officij p mediū chori ī pulpitū accedat ad cantādū euāgeliū hoc mō īcipiēdo

Pax vobiscū. Et cū spiritu tu o. Initium sancti

euan ge lii secūdum Mattheum. Gloria tibi dñe.

Liber gene rati onis iesu christi fi-

lii da uid fi lii abra ham. Abra-

ham autem genuit ysa ac. ysaac au-

tem genuit ia cob. Iacob au tē genuit

iudam et fratres eius. Iudas autem ge-

nu it phares et zaram de tha mar. Phares

autē genuit es rom. Esrom autem

genuit a ram. Aram autem genu it ami-

na dab. Aminadab autē genuit naasō. Naasō

autē genu it sal mon. Salmō au tē genuit

boos de ra ab. Boos au tē genuit obeth

ex ruth. Obeth autē genuit ies se. Iesse aūt ge

nuit da uid regē. Dauid autē rex genuit salomo

nē ex e aq̄ fuit v ri e. Salomon autem

genuit robo am. Roboas au tem genuit

abi am. Abias au tem genuit a siam.

Asias au tem genuit iosa phāt. Iosa=

phat au tem genuit iozā. Iozas autem ge=

nuit ozi am. Ozias au tem genuit ioa thā.

Ioathas au tem genuit a chaz. Achaz au=

tem genuit ezechi am. Ezechias autem ge=

nuit manas sen. Manasses au tē genuit a-

mon. Amon autē genuit iosi am. Iosias autē

genuit iechoniam & fratres eius in transmigra-

tio ne babi lonis. Et post transmigra-

ti onem babi lo nis iechonias genuit sala-

thi el. Salathiel au tem ge nuit

zoroba bel. zorobabel au tem ge-

nuit abi ud. Abiud autem genuit

elia chim. Eliachim autem genuit a-

zor. Azor autem genuit sa doch. Sadoch

au tem genuit a chim. Achim au tem


genuit e li ud. Eliud au tem genuit

elea zar. Eleazar au tem genuit ma-

than. Mathan au tem genu it ia cob.


Iacob au tem genuit io seph virum

mari e. De qua natus est iesus qui




Finito euãgelio incipiat sacerdos in cappa serica Te deum laudamus. Quo dicto rectores chori incipiant missam ad quã missam duo clerici de secũda forma in cappis sericis in pulpito simul cantent istã lectionem.









Hic cantetur alternatim.












sunt omnia condita superna atq; yma. Populus



gentiũ qui ambulabat in tenebris. Quẽ creasti: quẽ



fraude sub dola hostis expulit paradi so: & ca-



ptiuatum secum traxit ad tar tara. Vidit lu-



cẽ magnã. Hulserũt & immanta nocte media pastorĩ




bus lu mina. Habitãtib⁹ i regiõe vmbre mortis lux



Sempiterna et redẽptio vere noua. O? facti eis




Ostupẽ da na ciuitas. Paruul⁹ enĩ nat⁹ est nobis



Magnus hic erit iesus filius de i. E t filius. Pa-


tris summi. N a tus est nobis. Ab arce sum


ma predictum sic erat. E t factus est principat⁹ super



humerum eius. Ut celos regat atque arua. E t vo-


cabi tur nomen e ius. Messias sother emanuel



sabaoth adonay. A dmi ra bilis. Radix da uid.


C onsilia rius. Dei pa tris. D eus. Qui creante



omnia F ortis Baratri claustra perimēs teterrima




Pa ter futuri seculi. Rex omnipotens et cuncta re




gens. Prin ceps pacis. Hic et in eum. Multi




plicabitur eius im pe rium. In hierusalem iudea



si ue samari a. Et pa cis non erit



finis. Per se cula sempiterna. Super solium da-



uid et super regnum eius se de bit. Et re gn



me ta sui non erit aliqua. Ut con-




firmet il lud. In fi dei pignore.




Et corro boret in iu di cio et iustitia.



Inde et cum venerit iudica re seculum. A modo



Ti li debetur glo ria et laus



iubi latio. Et usque in sempiternum.

Hic cantent simul usque i fine.



Ab ortu solis usque occiduos ad fines




mundi orbis per climata laus creatori resonet con




grua amen dicant omnia.

¶ In nocte epyph. dni dum cantatur .ix. cum suo R. et Glia patri, precedat diacon⁹ cu subdiacono et thuribulario et ceroferario et accolito cruce deferete oib⁹ solenni apparatu indutis ad thurificadu altare et accepta bndictione ab executore officij p mediu chori accedat ad cantandu hoc euagelium hoc modo.




Dominus vo bi scũ. Et cũ spiritu tuo. Sequẽtia



san cti euangelij secũdum lucam. Gloria tibi dñe.




Factum est autem cũ baptizare tur omnis



popu lus et ie su bapti za to et o rante aper



tum est celum. Et descen dit spi ritus sanctus



corpo rali spe cie sicut columba in ipsum et



vox de ce lo fa cta est. Tu es filius meus dile ctus



in te complacuit michi. Et ip se iesus erat in-

ci piens quasi annorum triginta vt putaba tur fi-

lius io seph. Qui fu it hely. Qui fu it ma-

thar. Qui fu it le ui. Qui fuit melchi. Qui fu it

iãne. Qui fu it ioseph. Qui fu it ma thathie. Qui

fuit a mos. Qui fu it naum. Qui fuit

hely. Qui fu it nagge. Qui fu it ma that. Qui

fuit mathathie. Qui fu it semei. Qui fu it io-

seph. Qui fu it iuda. Qui fu it iohanna. Qui

fu it resa. Qui fu it zorobabel. Qui fuit sala-

thiel. Qui fu it ne ri. Qui fu it melchi. Qui

fu it addi. Qui fu it co san. Qui fu it hel-

madã. Qui fuit her. Qui fu it iesu. Qui

fu it heliezer. Qui fu it iorim. Qui fu it

ma thath. Qui fuit levi. Qui fu it symeõ. Qui

fu it iu da. Qui fuit ioseph. Qui fu it

io na. Qui fu it eliachim. Qui fu it me-

lea. Qui fu it menna. Qui fu it matha ta. Qui

fuit nathā. Qui fu it dauid. Qui fu it ies se.

Qui fu it obeth. Qui fu it boos. Qui


fu it salomō. Qui fu it naason. Qui fu it amina

dab. Qui fu it a ram. Qui fu it esrō. Qui fu it pha


res. Qui fu it iu de. Qui fu it iacob. Qui fu it

ysaac. Qui fu it abrahe. Qui fu it thare. Qui

fu it nachor. Qui fu it se ruth. Qui fuit ragau.



Qui fu it phalech. Qui fu it heber. Qui fu it sale.




Qui fu it caynam. Qui fu it arphaxat.




Qui fu it sem. Qui fu it noe. Qui fu it lameth.



Qui fu it matusale. Qui fu it enoch. Qui fu it ia=




rech. Qui fu it malaleel. Qui fu it caynam.



Qui fu it enos. Qui fu it seth. Qui fu it




adã. Qui fu it dei. Iesus au tem plen⁹ spiritu



san cto regressus est a ior dane.


Finito euãgelio icipiat sacerdos ĩ cappa a serica. Te deũ.
IN purifica. b.m. cãtata hora sexta fiat bñdictio luminis solẽniter ab epõ vel a sacerdote cappa serica induto cũ alijs indumẽtis sacerdotalib9 sup gradũ altaris supremũ cõuerso ad partẽ australẽ sic icipiẽdo.



Dominus vobiscum. Oremus.
BEne ✠ dic dñe iesu xpe hãc creaturã cere supplicãtib9 nobis et infũde et p virtutẽ sctẽ crucis bñdictionẽ celestẽ vt q̃ eã ad repellẽndas tenebras hũano vsui tribuisti: talẽ signaculo sancte crucis tue fortitudinẽ et bñ ✠ dictionẽ accipiat: vt quibuscũq3 locis accẽsa siue apposita fuerit: discedat diabolus et cõtremiscat et fugiat pallid9 cũ oib9 ministris suis de habitationib9 illis: nec p̃sumat ampli9 eã inq̃etare Et finiat hoc mõ




seruiẽtem tibi. Qui cũ deo patre et spiritu sãcto viuis



et regnas de9: per omnia secula seculorum. ℟. Amen.
Oẽs orõnes cũ Orẽ9. sub eodẽ tono dicant. Nõ dicat Dñs vobiscũ. nisi ãn primã orõnem sed Orem9. Or
DOmine sãcte pater oĩps etne de9: q̃ oĩa ex nichilo creasti: et iussu tuo per opera apũ hũc liquorem ad perfectionem cereorũ peruenire fecisti: et qui hodierna die petitionẽ iusti simeonis implesti: te humiliter dep̃camur: vt has cãdelas ad vsũ hoim et sanitatẽ

corporū ⁊ aīarū preparatas: siue in terris siue ī aquis per inuocationē sanctissimi noīs tui: per intercessionē sancte marie sēper virginis cui⁹ hodie festa deuote celebrant. ⁊ per preces oīm sāctorū tuorꝫ bene ✠ dicere ⁊ sācti ✠ ficare digneris: ⁊ huius plebis tue deuote q̄ illas honorifice in manib⁹ portare desiderat: teqꝫ laudādo exultare exaudias voces de celo sctō tuo ⁊ de sede maiestatis tue. Et ppitius sis oīb⁹ clamātib⁹ ad te quos redemisti p̄cioso sāguine filij tui. Qui tecū ⁊ cū spū sācto viuit ⁊ gloriat. de⁹: p oīa scl'a sclorū. Amē. Orem⁹.

Omnipotēs sēpiterne de⁹ q̄ hodierna die vnigenitū tuū vlnis sācti simeonis in tēplo sācto tuo suscipiendū presētari voluisti: tuam supplices deprecamur clementiā vt hos cereos siue has candelas: quos nos famuli tui in tui noīs magnificētia suscipiētes gestare cupim⁹ luce accensos bene ✠ dicere ⁊ sācti ✠ ficare atqꝫ lumine superne benedictionis acēdere digneris: quatenus eos tibi domino deo nostro offerēdo digni: et sancto igne dulcissime tue claritatis succensi.



in tēplo sācto glorie tue representari mereamur. Per



eundē dominū nostrū iesum christū filium tuū. Qui



tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus.

Hic mutet vocem more prefationis.



Per omnia secula seculorum. Amen. Dominus vo-



biscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habe-



mus ad dominum. Gratias agamus domino deo




nostro. Dignum et iustum est.



Vere dignũ ⁊ iustũ est equũ et salutare: nos tibi



semp et vbiqꝫ gratias agere domine sãcte pater omni



potens eterne de⁹. Pr̃s et origo toti⁹ luminis q̃ mũ



dũ illustrasti lumine tue claritatis mittẽdo nobis vni

genitū tuū per vterum intemerate virginis. Et quē

lōge āte p̄missisti p̄phetarū oraculis: tēporib⁹ nouis-

simis misisti lucē populis sedētib⁹ in tenebris. Te er-

go domine dep̄recamur vt has cādelas nomini tuo p̄-

paratas tua benedictione digneris be✠dicere: q̄ nos

transtulisti a potestate tenebrarū in lucē dilecti filij tui

et regnū. Per quē exortū est ī tenebris lumē rectis cor-

de et gaudiū salutis eterne. Et q̄ iusti simeonis spiritu

expectationem vt non prius videret mortẽ ꝙ eiusdem

christi filij tui visibilem incarnationem totius mundi

lumen ⁊ salutem nos lumine tue claritatis sic repleas


et omnes infidelitatis tenebras a nobis repellas. Et si

cut seruũ tuũ hodie dimisisti in pace sic nos in pace ec-

clesie tue sãcte digneris gubernare: vt portum quietis

eterne valeamus intrare. Quatinus radijs vere lucis

perfusi: ibi in die examinis leti cum hymnidicis ange



lorum chori valeamus videre faciem indefessi solis.
¶ Hic mutet vocem quasi legēdo. Qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.
¶ Cantata prefatione aspergātur candele aqua benedicta: et thurificentur. Deinde sequantur due orationes cum Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

Domine sancte pater omnipotens lumen indeficiens: qui es cōditor omniū luminū: bene ✠ dic hoc lumen tuis fidelibus in honorem nominis tui portādum: quatinus a te sanctificati atqȝ benedicti/ lumine tue claritatis accēdamur et illuminemur: et ppitius cōcedere digneris: ut veluti eodē igne quōdā illuminasti moysen famulū tuum: ita illumines corda nostra et sensus nostros quatenus ad visionē eterne pvenire mereamur. Per christū dñm nostrum. Oremus. Alia oro.

Omnipotens sempiterne deus: qui unigenitum tuū ante tempora de te genitum/ sed tēporaliter de maria virgine incarnatum lumen verum et indeficiens ad repellēdas humani generis tenebras: et ad incendendum lumen fidei et veritatis misisti in mūdū cōcede propicius: ut sicut exterius corporali: ita etiam interius luce spirituali irradiari mereamur. Per eundem dominum nostrum iesum. ¶ Postea accendatur candele et distribuantur cantore incipiēte antiphonā.





Lumen ad revelationem gentium et gloriam




domine: secundum verbum tuum in pace.

Repetatur antiphona. **Lumen ad reuelationem.** totus psalmus dicatur cum **Gloria patri.** vt in processionalibus continetur.

Feria.iiij.in capite ieiunij post vj.in primis fiat sermo ad populum si placuerit: deinde prosternāt se clerici in choro et dicāt vij. psalmos penitētiales cū **Gloria patri.** et cum añ. **Ne reminiscaris.** Excellentior vero sacerdos indutus cappa serica rubea cū aliis vestib⁹ sacerdotalib⁹: cū diacono a dextris et subdia. a sinistris et ceteris ministris altaris q̄ oēs sint albis cū amictib⁹ induti a vestibulo ad gradū altaris p̄cedāt: et ibi dicāt p se ante altare septē psalmos penitētiales in prostratiōe vt s̄. dictū est. Finitis psalmis dicat̄. ā. **Ne reminiscaris dn̄e delicta nr̄a vel parētū nr̄oꝝ neq̧ vindictā sumas de p̄ctis nr̄is Kyrie eleisō Xp̄e el. kyrie el.** Et hec dicāt̄ oīa sine nota: tā a sacerdote q̄ a toto choro: deīde erigat se sacerdos cū diacono ⁊ subdia. et dicat sup p̄ p̄strato⁊ v̄ers⁹ ad australē corā dextro cornu altaris

R̸. **Et ne nos inducas in temptationem.** **Sed libera nos a malo. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Deus meus sperātes in te. Mitte eis dn̄e auxilium de sancto. Et de syon tuere eos. Conuertere dn̄e vsq̧quo. Et depre**

cabilis esto sup seruos tuos. Adiuua nos deus salutaris nr. Et ppter gloria nois tui dne libera nos et ppicius esto pctis nostris propter nomen tuu. Dne exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.



Dominus vobiscum. Oremus.

Exaudi dne pces nras: et zfitetiu tibi pce pctis: et quos zsciétie reat accusat idulgétia miseratiois



Et finiatur sic. Et dicantur oes orationes sequentes cum Orem.

absoluat. Per xpm dnm nostrum.

no dicat Dns vobiscu nisi ante prima oroe tm. Or.

Adsit qs dne de famulis tuis ispiratio gre salutaris: q corda eoru fletu vbertate resoluat: sicq macerado coficiat vt iracundie tue motus ydonea satisfactione copescat. Per xpm dnm nostrum. Orem.

Da qs dne de nr his famulis tuis cotinua purgationis sue obseruantia penitedo gerere: et vt hoc efficaciter iplere valeat: gra eos tue visitatiois et preueniat et sequatur. Per xpm dnm nostru. Oratio.

Preueniat hos famulos tuos qs dne mia tua vt omnes iniquitates eoru celeri indulgétia deleatur. Per christum dominum nostrum. Amen. Oratio

Adesto dne supplicatiob nris: nec sit ab his famulis tuis clemétia tua logiqua miseratioe sana vulnera eoru remitte pcta: vt nullis iniqtatib a te separati/ tibi dno sep valeat adherere. Per xpm. Oro.

Domine de nr/ q offesionem nra no vinceris sed satisfactione placaris: respice qs sup hos famu

tos tuos: qui se tibi grauiter peccasse cõfitetur: tuũ est enĩ absolutionẽ criminũ dare ꝛ veniã prestare peccãti bus: qui dixisti penitentiã te malle pctõꝝ ꝙ mortẽ. Cõ cede ergo dñe his penitẽtie vt tibi excubias celebrẽt: ꝛ correctis actib⁹ suis conferri sibi a te sempiterna gau dia gratulẽtur. Per christum dñm nostrum. Oratio.

DEus cuius indulgẽtia oĩs hõ indiget: memẽto famuloꝝ famularũqꝫ tuarũ: et qꝛ lubrica terre naqꝫ corporis fragilitate nudati virtutem multis deli querũt: q̃s vt des veniã cõfitẽtib⁹/parcas supplicib⁹: vt q̃ suis meritis accusant/tua miseratione saluẽtur. Per xp̃m. ¶ Hic nõ dicat Dñs vobiscũ neqꝫ Orem⁹. sed vertat se sacerdos ad populum: ꝛ extendens manũ dicat super eos absolutionem hoc modo. Absolutio.

ABsoluim⁹ vos vice beati petri apl'oꝝ principis cui collata est potestas a dño ligandi atqꝫ soluẽ di: ꝛ quãtũ ad vos ptinet accusatio: ꝛ ad nos remissio: sit vobis oĩpotens de⁹ vita ꝛ salus: ꝛ oĩm pctõrum ve stroꝝ pius indultor. Qui viuit et regnat cũ deo patre in vnitate spũs sctĩ de⁹. ¶ Tunc surgãt oẽs a prostra tione osculãtes formulas vel terrã sacerdote dicẽte sic Qui viuit. vt su. deĩde fiat bñdictio cinerũ a sacerdote sine Dñs vobiscũ. et sine Orem⁹. hoc modo incipiẽs.

OMnĩps sẽpiterne de⁹ q̃ misereris oĩm ꝛ nichil odi sti eoꝝ q̃ fecisti: dissimulãs pctã hoĩz ꝓpter peni tẽtiã: q̃ etiã subuenis ĩ necessitate laborãtib⁹ be✠dice re ꝛ scti✠ficare digneris hos cineres: quos causa hu militatis ꝛ sctẽ religiõis ad emũdãda nr̃a delicta/sup capita nr̃a more niniuitarum ferre constituisti: da per inuocationẽ sctĩ tui nõis: vt oẽs q̃ eos ad deprecãdam m̃iam tuã sup capita sua tulerint: a te mereãt oĩm de lictoꝝ suoꝝ veniã accipere: ꝛ hodie sic eoꝝ sctã ichoa

re ieiunia: vt in die resurrectionis purificatis mētibus ad sctm̄ mereant accedere pascha: ⁊ in futuro ꝑpetuā accipere gloriā. Per xp̄m. Dicat sp̄gāt cineres aqua bn̄dicta deinde dicatur Dn̄s vobiscū. ⁊ Oremus. Orō.

D Eus q̄ nō mortē sed penitētiā desideras pctōrū fragilitatē cōditiōis hūane benignissime respice/ ⁊ hos cineres quos causa ꝓferēde humilitatis atq; ꝓmerēde venie capitib⁹ nr̄is iponi decreuim⁹: bn̄✠di cere ꝓ tua pietate digneris vt q̄ nos cineres esse monuisti: ⁊ ob prauitatis nr̄i meritū i puluerē reuersuros cognouim⁹: pctōꝝ oīm veniā ⁊ p̄remia penitētib⁹ repromissa misericorditer ꝯseq̄ mereamur. Per dn̄z. Postea distribuantur cineres hoc modo. Executor officij in sede episcopali: et due excellentiores persone stolis amicti ex vtraq; pte chori in stallis suis capita quorūcūq; ad se venientiū signo crucis cineribus signent dicēdo.

M Emēto hō q̄r cinis es ⁊ in cinerē reuerteris. In noīe pr̄is. ⁊c. Interim cātantur antiphone vt i ꝓcessionali continet. Percātatis aiīs dicat sacerdos ad gradū chori. Domin⁹ vobiscū. ⁊ Oremus. Oratio

D Eus q̄ iuste irasceris ⁊ clementer ignoscis afflicti ppl'i tui lachrymas respice: ⁊ irā tue idignatiōis quā iuste meremur ꝓpitiat⁹ auerte. p xp̄z. Ore⁹.

C Oncede nobis q̄s dn̄e presidia militie christiane sctis ichoare ieiunijs: vt ꝯtra sp̄uales nequitias pugnaturi/ ꝯtinētie muniamur auxilijs. Per do.

¶ Tunc eat processio vt in processionalibus continet.

D Omīnica i ramis palmarū post aspersionē aq̄ bn̄dicte legat̄ hec lectio āte gradum altaris ab acolito alba induto: ⁊ hoc ex parte australi super flores ⁊ frōdes cū suo titulo hoc mō. Lcō libri Exodi

I N dieb⁹ illis. Venerūt filij isrl' in helim: vbi erāt

duodecim fōtes aquarū ⁊ septuaginta palme ⁊ castra metati sūt iuxta aquas. Profectiq; sunt de helim: ⁊ venit ois multitudo filioꝝ isrl'i desertū syn/ qđ est iter helim ⁊ sinay: quintodecimo die mēsis scđi: postq̄ egressi sūt de terra egypti. Et murmurauit ois ꝯgregatio filioꝝ isrl' ꝯtra moysē ⁊ arron i solitudine. Dixerūtq; ad eos filij isrl'. Utinā mortui essem⁹ p man⁹ dñi in terra egypti qñ sedebam⁹ sup ollas carniū/ ⁊ comedebam⁹ panes i saturitate. Cur induxistis nos in desertū istud vt occideretis oēm multitudinē hanc fame. Dixit aūt dñs ad moysē ⁊ aarō. Ecce ego pluā vobis panes de celo: egrediat̄ ppl's ⁊ colligat q̄ sufficiūt p singulos dies: vt tētē eū vtrū ambulet in lege mea an nō. Die aūt sexta parāt qđ inferant: ⁊ sit duplū q̄ colligere solebant p singulos dies Dixerūtq; moyses ⁊ aaron ad oēs filios isrl'. Uespe scietis q dñs eduxerit vos de terra egypti: et mane videbitis gloriā dñi. Audiui eni murmur vestrū cōtra dñm. Nos vero qđ sum⁹ q; mussitatis ꝯtra nos. Et ait moyses. Dabit vobis dñs vespere carnes edere: ⁊ mane panes in saturitate: eo q audierit murmurationes vestras: quib⁹ murmurati estis cōtra eum Nos eni qđ sum⁹: Nec cōtra nos est murmur vestrū sed ꝯtra dñz. Dixitq; moyses ad aarō. Dic vniuerse cōgregatiōi filioꝝ isrl'. Accedite corā dño: audiuit ei murmur vestrū. Cūq; loq̄ret̄ aarō ad vniuersū cetū filiorū isrl': respexerunt ad solitudinē. Et ecce gloria dñi apparuit in nube. ¶ Statim sequat̄ euāgeliū: ⁊ legat̄ in eodē loco a diacono ad orientē cōuerso more simplicis festi. post acceptā bñdictionē cum Dominus vobiscū. et Gloria tibi dñe. more solito. ¶ Secundum Johannē.

IN illo tpe. Turba multa q̄ cōuenerat ad diē festū: cū audisset q; ies⁹ venit hierosolymā: accepe

rũt ramos palmarũ & ꝓcesserũt obuiã ei: & clamabãt. Osãna bñdict⁹ q̃ venit in noĩe dñi: rex isrl. Et inuenit ies⁹ asellũ & sedit sup eũ: sicut scriptũ est. Noli timere filia syon ecce rex tuus venit tibi mãsuetus: sedẽs super pullũ asine. Hec nõ cognouerũt discipuli ei⁹ primũ: sed qñ glorificatus est iesus: tũc recordati sunt q2 hec scripta erãt de eo: & hec fecerũt ei. Testimoniũ ergo perhibebat turba que erat cum eo: quãdo lazarũ vocauit de monumẽto: & suscitauit eum a mortuis. Propterea et obuiam venit ei turba: q2 audierunt eum fecisse hoc signũ. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis q2 nichil proficimus: ecce mundus totus post eũ abiit. ¶ Finito euãgelio sequat̃ bñdictio florũ & frõdiũ a sacerdote cappa serica rubea indutosup gradũ altaris ad australẽ cõuerso: corã dextro cornu altaris hoc modo.



Exorciso te creatura florũ & frõdiũ in nomine dei pa ✠ tris oĩpotẽtis: & in noĩe iesu ✠ christi filii ei⁹ dñi nrĩ: & in virtute spũs ✠ scti. Proinde oĩs virt⁹ aduersarii: oĩs exercit⁹ diaboli: oĩs potestas inimici: oĩs incursio demonũ eradicare & explãtare ab hac creatura florũ et frondium: vt ad dei gratiam festinantium vestigia insidiãdo non asse quaris.



Per eum qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. R̷. Amen.

Deinde sequantur hec sequentes orones sine Dñs vobiscũ. sed tñ cũ Oremus. et finiantur sub tono lectionis vts. Or.

Omnipotens sempiterne deus: q̃ in diluuij effusiõe noe famulo tuo per os colũbe gestantis ramũ oliue pacẽ terris redditã nũciasti: te supplices exoramus: vt hanc creaturã florũ et frõdiũ: spatulasq palmarũ seu frõdes arborũ quas ante cõspectũ glie tue offerimus: veritas tua scti✠ficet: vt deuotus populus in manibus eas suscipiẽs bñdictionis tue gratiã cõsequi mereatur. Per xp̃m. Or.

Deus cuius filius pro salute generis humani de celo descẽdit ad terras: et appropinquãte hora passionis sue hierosolimã in asino sedẽs venire: et a turbis rex appellari et laudari voluit: auge fidẽ in te sperãtiũ/ et supplicũ preces clementer exaudi. Ueniat q̃s dñe super nos mia tua: et hos palmarũ ceterarũq arborum ramos bñ✠dicere dignare vt oẽs q̃ eos laturi sunt: bñdictionis tue dono repleantur. Concede ergo vt sicut hebreorũ pueri osãna in excelsis clamãtes eidẽ filio tuo dño nr̃o cũ ramis palmarũ occurrerũt: nos ita arborũ ramos gestãtes/ cũ bonis operibus occurramus obuiã christo: et perueniamus ad gaudiũ sempiternũ. Per xp̃m. Oratio.

Deus qui dispersa cõgregas/ et cõgregata cõseruas: q̃ populis obuiã christo iesu ramos palmarũ portãtibus ceterarũq arborum bñdixisti: bñ✠dic etiã et hos ramos palmarũ ceterarũq arborũ: quos famuli ad tui nois bñdictionem fideliter suscipiũt: vt in quẽcũq locũ introducti fuerint: tuã bñdictionẽ habitatores illius loci oẽs cõsequantur/ ita vt oi aduersa valitudie effugata dextera tua protegat quos redemit. Per eũdẽ.

¶ Hic aspergant flores et frõdes aqua bñdicta et thurificent deinde dicat: Dñs vobiscũ et Oremus. Or.

Domine iesu xp̃e mũdi conditor et redẽptor q̃ nr̃e li

beratiōis ꝛ saluatiōis grā: ex sūma celi arce descēdere et carnē sumere/ ꝛ passionē subire dignat⁹ es: q̄cꝫ spō te ꝓpria/ loco eiusdē ꝓpinquās passionis/ a turbis cū ramis palmarū obuiātibus bn̄dici laudari ꝛ rex bn̄di ct⁹ q̄ venit i noīe dn̄i veniēs clara voce appellari volui sti: tu nūc nr̄e ꝯfessiōis laudationē acceptare: ꝛ hos pal marū ceterarūcꝫ arborū ac florū ramos bn̄ ✠ dicere ꝛ sācti ✠ ficare digneris: vt quicūcꝫ in tue virtutis obse quio exinde aliq̄d tulerit: bn̄dictione celesti sāctificat⁹ pctōꝝ remissionē ꝛ vite eterne premia ꝑcipere mereat̄. Per te iesu saluator mundi rex glorie. qui cum pre. ꝛc.

Uhis itacꝫ pactis statim distribuāt̄ palme ꝛ interim cantentur he due āe.

Pueri hebreorum tollentes ramos oliuarū obuiauerunt domino claman tes et dicentes osā na in excelsis. Alia ān. Pueri hebreorum vestimē ta prosternebant in via et clamabant dicentes osan na filio dauid benedict⁹ qui venit in nomine domini.

Feria.v.i cena dñi. In primis fiat recõciliatio peni tentiũ hoc modo: nona cantata erit processio sicut i capite ie iunij. Pergat excellẽtior sacerdos ad ostiũ ecclie occidẽ tis indut⁹ vestib⁹ sacerdotalib⁹: i cappa serica rubea cũ duob⁹ diaconis albis cũ amictib⁹ indutis: absq subdia cono & sine cruce p mediũ chori precedẽte vexillo cilici no: sintq presẽtes in atrio ecclesie q reconciliandi sunt. Et si eps adest principalis archidiaconus ex parte pe nitẽtiũ. s. extra ostiũ ecclesie in cappa serica legat hanc lectionem sequentem que nõ legatur episcopo absẽte.

Adest tps o venerãde põtifex votiuũ afflictis cõ gruũ penitẽtib⁹/optabile tribulatis. Assũt filij tui pr: quos deo p spm sãctũ vera mr ecclesia cũ letitia peperit: sed iterũ suadẽte diabolo a sua integritate cor ruptos aut miseros factos expules: nouis quotidie do lorib⁹ ingemiscit. Pro his suppliciter orãt: q̃cunq feli ces i sinu suo remẽserint: quiq diuina ptegẽte se clemẽ tia fide stabiles psititerunt. Parce hodie pr: & toto boni tatis tue ĩpetu fluat nobis fõs ille dauid patẽs in ablu tiõe mẽstruate mulieris: nulli iproperãs: nullũ reijciẽs: nullũ excludẽs. Quãuis eñ a diuitijs supne pietatis nichil tẽporis vacet: nũc tñ largior est p indulgẽtiã re missio pctõrũ: & copiosior est p gratiã assũptio renascẽ tiũ. Accepisti a dño anullo discretionis & honoris: vt que signãda sũt signes: & q̃ aperiẽda sũt pdas: & q̃ ligã da sũt liges: & q̃ soluẽda sũt soluas atq credentib⁹ fidẽ baptismatis lapsis aũt & penitẽtib⁹ p mysteriũ recõci liatiõis iannas regni celestis apias: lauãt aq̃ lauãt la chrime Maria fleuit & suscepta est. Negauit apls: & q flenit amarissime restitut⁹ est. Publican⁹ de theloneo apl'atũ meruit: latro de cruce paradisũ itrauit. Susce pt⁹ a pr̃e clemẽtissimo fili⁹ ille iunior q̃ tñ porcos pauit

qui paterne hereditatis preciosa stipēdia ifeliciter dissipauit. Inde etiā est q hodie tui supplices: posteaq in varias formas criminū: neglectu mādatorum celestiū et morū pbabiliū trāsgressiōe ceciderūt hūiliati atq pstrati pphetica voce dicētes. Peccauim9 cū prib9 nris: iniuste egim9 iniqtatē fecim9. Mādocauerūt sicut scriptū est panē doloris: lachrymis stratū rigauerūt: cor suū luctu corp9 suū afflixerūt ieiuniis vt aīaꝝ reciperēt quā pdiderāt sanitatē. Plorat cū istis: imo p istis plorare et orare nō desistit mr scta eccłia et lachryme eius i maxillis ei9 qr tēp9 miserēdi ei9. Moueat pietatē tuā vox fidelis et flebilis: moueat gemitus et habit9 ipse miseroꝝ.


¶ Finita lectione scipiat epūs añ: scz infra pdictū ostiū cōuers9 ad borealē signū faciendo eū manu sua dextera ad penitētes quasi illos vocando



Deinde ex pte penitētiū. s. extra ostiū dicat ita diaco. Flectam9 genua

Alt9 diaconus ex parte epi dicat. Leuate.

¶ Ita dicat tribus vicib9: ita tn q post tertiā exceptionē antiphona non dicat Flectamus genua. sed chor9 sequatur totam antiphonam cantore incipiente hoc modo.





Tot9 ps' dr̄ sine **Gl'a patri**: et post vnūquēq3 vl'ū repetat' ā. **Venite.** Dū ps. cātat' a choro cū ān. sep manuati i penitētes ab aliquo presbytero de choro: habitu nō mutato reddātur sacerdoti executori officij: ⁊ ab ipso restituāt' ecclesie gremio. Cū si eps p̄sēs fuerit: penitētes a p̄sbyteri archidiacono ⁊ ab archidiacono reddāt' epo. ⁊ ab ipso ecclesie gremio. Quib9 expletis pcessio more solito i chorū redeat. Deide psternāt se oēs clerici. ⁊ dicāt septē ps̄os penitētiales in choro. Sacerdos vero cū suis mi'stris p se añ altare dicat cū **Gl'ia pri. et Sicut erat.** ⁊ cū ā. **Ne reminiscaris.** qua finita sequat'. **Kyrie eleysō. Xpē el'. Kyrie el'. Pr nr.** ⁊ hec oia sine nota dicāt a sacerdote cū suis mi'stris: q̄a toto choro. deide erigat se sacerdos ⁊ dicat sup pplm cōuers9 ad australē corā dextro cornu altaris sic

Et ne nos iducas i tētationē. Sed libera nos

Saluos fac seruos tuos ⁊ ācillas tuas. De9 me9 sperātes i te. Cōuertere dñe vsq3quo. Et depcabilis esto sup seruos tuos Mitte eis dñe auxiliū de sācto. Et de syō tuere eos. Adiuua nos de9 salutaris nr̄. Et ppter gloriā nois tui dñe libera nos ⁊ ppitius esto pctis nr̄is propter nomē tuum. Dñe exaudi orationē meā. Et clamor me9 ad te veniat. Dñs vobiscū. Et cū spū tuo. Oremus. Oratio.

Adesto dñe supplicatiōib9 nr̄is: ⁊ me q etiā mi'a tua p̄m9 idigeo clemēter exaudi: vt quē nō electiōe meriti sz dono gr̄e tue ↄstituisti hui9 operis ministrū: da fiduciam tui muneris exequēdi: et ipse in nostro ministerio quod tue pietatis est operare. Et sic finitur.

Per dñm nr̄m iesū xp̄m filiū tuū. Qui tecū viuit ⁊ re-
gnat. Et dñr oēs orationes sequentes cum Orem⁹. ⁊
finiantur sub tono supradicto. Nō dicitur Dominus
vobiscū nisi ante primā orationē tantum. Alia oratio

Deus humani gñis benignissime conditor: ⁊ miseri
cordissime reformator: q̄ hoiem inuidia diaboli
ab eternitate deiectū: vnici filij tui p̄cioso sāguine rede
misti viuifica hos famulos tuos quos tibi nullatenus
mori desideras: ⁊ q̄ nō derelinq̄s deuios/ assume corre
ctos. Moueāt pietatē tuā q̄s dñe horū famulorū tuorū
lachrymosa suspiria tu eorū medere vulnerib⁹: tu iacē-
tib⁹ manū porrige salutarē: ne ecclesia tua aliqua sui
corporis portiōe vastet: ne grex tu⁹ detrimentum susti
neat: ne de familie tue dāno inimic⁹ exultet: ne renatos
lauacro salutari mors secūda possideat. Tibi ergo dñe
supplices cordis ⁊ fletū effundim⁹: tu parce cōfitētib⁹:
vt sic in hac mortalitate pctā sua te adiuuāte defleant
quatin⁹ i tremēdi iudicij die sentētiā dānatiōis eterne
euadāt: ⁊ nesciāt pijssime pr̄ qd̄ terret i tenebris/ qd̄ stri
det i flāmis/ atq̄ ab erroris sui via ad iter reuersi iusti
tie: nequaq̄ vltra vulnerib⁹: saucientur sed itegrū sit eis
atq̄ ppetuum et quod gratia tua cōtulit/ et quod mia
reformauit. Per christū dñm nostrū. Orem⁹ Oratio.


Domine scte pr̄ ops eterne de⁹: q̄ vulnera nr̄a cu
rare dignat⁹ es/ te supplices exoram⁹ ⁊ petim⁹
nos humiles tui sacerdotes vt nr̄is p̄cib⁹ aurē tue pie
tatis inclinare digneris atq̄ ad penitētiā ɔfessiōe mo-
nearis: remittasq̄ oia crimina/ ⁊ pctā vniuersa condo
nes: desq̄ his famulis tuis dñe p supplicijs veniā: pro
merore letitiā: p morte vitā. Ut q̄ ad tantā opē celestis
apicis deuoluti sūt: de tua mia ɔfidētes/ ad bona pacifi
ci p̄mij tui: atq̄ ad celestia dona puenire mereāt. Per

dnm nostrũ iesum. Hic nõ dr̃ Oremus. sed Absolutio.

Absoluim⁹ vos vice bti petri apl'oꝝ principis: cui dedit dñs potestatẽ ligandi atq; soluendi/ ⁊ quantũ ad vos ptinet accusatio: et ad nos remissio sit vobis oĩpotẽs deus vita et salus/ ⁊ oĩm pctõꝝ vestrorũ pius indultor. Qui viuit ⁊ regnat cũ deo prẽ in vnitate spũs sctĩ de⁹. Per oĩa secula sclõꝝ. Amẽ. ⁊ sic surgãt oẽs a pstratione osculãtes terrã vel formulas sacerdote sic dicẽte. Qui viuit ⁊c. Tũ si episcopus adest: fiat bñdictio sup ppl'm adhuc in pstratiõe hoc modo.


Bñdictio dei patris oĩpo✠tentis et fi✠lij ⁊ spi✠ritus sancti: descẽdat sup vos ⁊ maneat semp. ℟. Amẽ.

¶ Deinde incipiat missa vt in gradali cõtinet. Et postea tres pueri ante olei cõsecrationẽ in suppellicijs ad gradum chori stantes simul cantent hunc hymnum.

O Redẽptor sume carmẽ temet cõti nentiũ

Chorus idem repetat post vnũquẽq; vsũ. Pueri. V⁹.



Audi iudex mortuorũ vna spes mortaliũ audi voces



proferendum donum pacis premium.

Chorus O redẽptor. pueri. vers⁹.



Arsit flamẽ sacrosãctũ olim p diluuiũ q̃ ramũ tulit

Chor9. O redeptor suscipe. (?)

oli ue ad archā ecclesie. xxi. V9. Arbor feta alma lu

ce hoc sacrādū ptulit fert hoc pna psēs turba salua

Chorus O redē. ptor sume

tori seculi. xxi. V9. Cōsecrare tu dignare rex perē

nis patrie hoc oliuū signū viuū ptra iura demonū.

Chorus. O redē= ptor sume

xxi. vers9. Ut nouet sex9 ois unctione crismatis p me


Chorus O redē= ptor sume

detur sauciata dignitatis gloria. xxi. V9. Stās ad

arā ymo supplex ifulat9 pōtifex debitū psoluat dē cō

Chor9. O redē= ptor su

secrato crismate. xxi. V9. Lota mēte sacro fōte au



fugantur crimina uiua mente sacrosancta influunt




Chorus O redemptor pue

ta risinata. xi. Usus. Sit dies hec festa nobis secu-



lorum seculis sit sacrata laude digna nec senescat



Chorus O redemptor. pue

tempore. xi. Usus. Sit hec dies leta cunctis festiua fi



delibus auge fidem dona pacem in nostris temporibus.

Chorus O redemptor. pue



xi. Usus. Laus perennis deo patri gloriaque filio ho-



Chorus O redemptor.

nor virtus et potestas ambobum pa raclito. Post predictum 2ue. oes clerici ad ecclesiam ad altaria abluenda et ad mandatum faciendum. ut i pc. 2ti. facta ablutione pedum ad mandatum. dictoque sermone accipiant charitatis potum Quibus rite factis/ unus sacerdos. dicat preces has/ modo sequenti.



Suscepimus deus misericordiam tuam. In medio tēpli tui. Tu mandasti. Mādata tua custodiri nimis Ecce q̄ bonū et q̄ iocundū. Habitare fratres in vnū. Dn̄e exaudi orationē meā. Et clamor me⁹ ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cū spū tuo. Oremus.

Adesto q̄s dn̄e officio seruitutis nostre: q2 tu pedes lauare dignat⁹ es tuis discipulis: ne despicias opera manuū tuarū que nobis retinenda mandasti: et sicut hic exteriora abluuntur inquinamenta corporum: sic a te omnium nostrorū interiora mundētur peccata. Quod ipse prestare digneris. Qui cū patre et spū sācto viuis et gloriaris de⁹. Per oīa secula seculor. Amē. ¶ Si vero nullus assit clericus sermonē faciēs ceteris vt prius peractis post ablutionē pedū dicūtur p̄ces p̄dicte. Dei de legat sequēs euāgeliū a quodā diacono de scda forma i suppelliciis ad modū lec. cū suo titulo bñdictiōe prius petita ab excellētiore: fratrib⁹ iterum caritatis potū sumētibus et legat vsq3 ad illū locū Surgite eam⁹ hic. et ita recedāt. Euāge. S. iohānē.

In illo tp̄e. Dixit ies⁹ discipulis suis. Amen amē dico vobis: nō est seru⁹ maior dn̄o suo: neq3 apostolus maior eo q̄ misit illū. Si hec scitis bti eritis si feceritis ea. Nō de oībus vobis dico. Ego scio quos elegerim: s3 vt ipleat scriptura. Qui manducat panē mecū: leuabit contra me calcaneū suū. Amodo iā dico vobis priusq̄ fiat: vt cū factū fuerit credatis q2 ego sum. Amē amē dico vobis: q2 q̄ accipit si quē misero: me accipit: q̄ aūt me accipit / accipit eū q̄ me misit. Cū hec dixisset ies⁹: turbat⁹ est spū et protestat⁹ est et dixit. Amē


amen dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet. Aspicie
bant ergo adinuicem discipuli: hesitantes de quo diceret.
Erat autem recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Jesu
Innuit ergo huic symon petrus: et dixit ei. Quis est de
quo dicit. Itaque cum recubuisset ille supra pectus iesu: di
xit ei. Domine quis est? Respondit Jesus. Ille est cui ego intin
ctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem: tradidit iu
de simonis scariothis. Et post buccellam: tunc introiuit in il
lum sathanas. Et dicit iesus. Quod facis: fac citius. Hoc
autem nemo sciuit discumbentium: ad quid dixerit ei. quidam autem pu
tabant quia loculos habebat iudas quia dixisset ei iesus. Eme
ea que vobis opus sunt ad diem festum: aut egenis vt aliquid da
ret. Cum ergo accepisset ille buccellam: exiuit continuo Erat
autem nox. Cum autem exisset dixit iesus. Nunc clarificatus est fi
lius hominis: et deus glorificatus est in eo. Si deus clarificatus
est in eo: et deus clarificabit eum in semetipso: et continuo cla
rificabit eum. Filioli: adhuc modicum vobiscum sum. Quere
tis me: et sicut dixi iudeis. Quo ego vado: vos non pote
stis venire. Et vobis dico modo. Mandatum nouum do vo
bis: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos: vt et vos inuicem
diligatis. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis
si dilectionem habueritis adinuicem. Dicit ei symon petrus:
Domine quo vadis? Respondit iesus. Quo ego vado: non potes
me modo sequi: sequeris autem postea Dicit ei petrus: Quare
non possum te modo sequi: animam meam pro te ponam? Respondit
Jesus. Animam tuam pones pro me. Amen amen dico tibi:
non cantabit gallus donec ter neges me. Et ait discipu
lis suis. Non turbetur cor vestrum: neque formidet. Creditis
in deum: et in me credite. In domo patris mei: mansiones multe
sunt. Si quominus dixissem vobis: quia vado parare vo
bis locum. Et si abiero et preparauero vobis locum: iterum ve
niam et accipiam vos ad meipsum: vt vbi ego sum et vos sitis.

Et quo ego vado scitis:et viam scitis. Dicit ei Tho-
mas. Dñe nescim⁹ quo vadis. Et quomodo possum⁹
viã scire? Dicit ei Jesus. Ego sũ via/veritas/et vita.
Nemo venit ad patrẽ nisi ꝑ me. Si cognouissetis me:
⁊ patrẽ meũ vtiqꝫ cognouissetis. Et amodo cognosce
tis eũ:⁊ vidistis eũ. Dicit ei philippus. Dñe ostẽde no
bis patrẽ:⁊ sufficit nobis. Dicit ei Jes⁹. Tãto tẽpore
vobiscũ sum:et non cognouistis me. Philippe:q̃ videt
me videt ⁊ patrẽ meũ. Quomodo tu dicis/ostende no
bis patrẽ? Nõ creditis qꝛ ego ĩ patre:⁊ pater ĩ me est?
Verba q̃ ego loquor vobis:a meipso nõ loquor. Pater
aũt in me manẽs/ipse facit opera. Nõ creditis qꝛ ego ĩ
patre:⁊ pater in me est? Alioquin ꝓpter ipsa opera cre
dite. Amẽ amẽ dico vobis:q̃ credit in me:oꝑa q̃ ego fa
cio et ipse faciet:et maiora horũ faciet:qꝛ ego ad patrẽ
vado. Et qd̃ cunqꝫ petieritis patrẽ in noĩe meo:hoc fa
ciã vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis patrẽ
in noĩe meo:hoc faciã. Si diligitis me:mandata mea
seruate. Et ego rogabo patrẽ:et aliũ paraclitũ dabit
vobis:vt maneat vobiscũ ĩ eternũ. Spiritũ veritatis
quẽ mũdus nõ potest capere:qꝛ nõ videt eũ nec scit eũ.
Vos aũt cognoscetis eũ:qꝛ apud vos manebit ⁊ in vo
bis erit. Nõ relinquã vos orphanos:veniam ad vos.
Adhuc modicũ:et mũdus iã nõ videt me. Vos aũt vi-
debitis me:qꝛ ego viuo et vos viuetis. In illo die vos
cognoscetis qꝛ ego sũ in patre meo:⁊ vos in me:⁊ ego
in vobis. Qui habet mãdata mea ⁊ seruat ea:ille est q̃
diligit me. Qui aũt diligit me:diligetur a patre meo. Et
ego diligã eũ:⁊ manifestabo ei meipsũ. Dicit ei iudas:
nõ ille scariothis. Dñe qd̃ factũ est:qꝛ manifestaturus
es nobis teipsũ ⁊ nõ mũdo? Rñdit ies⁹ ⁊ dixit ei. Si q̃s
diligit me:sermonẽ meũ seruabit:et pr̃ me⁹ diliget eũ:

& ad eũ veniem⁹: et mãsionẽ apud eũ faciem⁹. Qui nõ diligit me/sermones meos nõ seruat Et sermonẽ quẽ audistis nõ est me⁹: sed ei⁹ q̇ misit me pr̄is. Hec locut⁹ sũ vobis: apud vos manẽs. Paraclit⁹ aũt spũs sanct⁹ quẽ mittet pr̄ ĩ nomine meo: ille vos docebit omnia: et suggeret vobis oĩa quecunq̧ dixero vobis. Pacẽ relinquo vobis: pacem meã do vobis. Nõ quomodo mundus dat: ego do vobis. Nõ turbet̃ cor vestrũ: neq̧ formidet. Audistis q̄r ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me/gauderetis vtiq̧ q̄r vado ad patrẽ q̄r pr̄ maior me est Et nũc dixi vobis priusq̃ fiat: vt cũ factũ fuerit credatis. Jã non multa loquar vobiscũ. Venit enĩ princeps mũdi huius: & in me nõ habet q̇cq̃ Sed vt cognoscat mũdus quia diligo patrem: & sicut mãdatũ dedit michi pr̄/sic facio. Surgite eam⁹ hinc.

Sabbato ĩ vig. pasc. ꝯgregatis clericis ĩ choro dictaq̧ hora.ix. executor officij idut⁹ vestib⁹ sacerdot. ĩ cappa serica rubea: diacon⁹ dalmatica: subdiacon⁹ tunica induti cũ ceteris ministris altaris albis cũ amictib⁹ indutis: sine lumĩe & cereis: & sine cruce & sine igne ĩ thuribulo q̇dã etiã de prima forma s. accolit⁹ ĩ suppellicio cereũ extinctũ ex trib⁹ cãdelis tortis ĩ vnũ ĩ pte ĩferiori: & ĩ supiori ab inuicẽ diuisis: sup quãdã hastã deferẽs: & ꝓcessi. ꝓcedẽs post portionẽ aq̄ bñdicte p mediũ chori ad fõtes & ad nouũ ignẽ bñdicẽdũ processionaliter eant choro sequẽte: habitu nõ mutato/excellẽtioribus precedẽtib⁹. Et ad colũnã ex parte australi iuxta fontẽ: vbi sacerdos executor officij ignem bñdicat/q̇ accendatur ibidẽ videlicet in medio ĩter duas colũnas In eundo vero dicit̃ ps. Dñs illuminatio. sine nota & sine Glĩa pr̄i. alternatim a toto choro. Hoc mõ fiat statio ad ignẽ bñdicẽdũ Sacerdos vero iuxta ignẽ stet ad

oriente͂ conuersus: ⁊ ad sinistrū eius stet dia. subdiaco nus ad sinistrū diaconi vnus vero ceroferarius stet sacerdoti opposit⁹: ad dextrū cuius stet puer ferens librū primiorꝫ sacer. alius vero ceroferarius stet retro sac. ad dextrū cui⁹ stet portitor aque primior sacer. et vlti. loco retro oēs a parte occidentali stet portitor haste cū cereo. et ex alia parte ignis videlicet ex pte australi stet thuribu. ad accipiēdū ignē in thuribulū post bn̄dictionē. oib⁹ istis ministris ad sacer. cōuersis: choro interi circūstāte videlꝫ ex pte boreali vt patet vbi ꝑtrahit̄ statio Sequat̄ bn̄dictio ignis solēniter a sacerd. incipiēte sic.



Domine de⁹ nr̄ pr̄ ops: lumē indeficiēs/ cōditor oim luminū: exaudi nos famulos tuos ⁊ bn̄ ✠ dic hūc ignē: q̄ tua sāctificatiōe atqꝫ bn̄dictiōe cōsecretur. Tu illuminās oēm hoiem venietē i hūc mundū/ illumina conscietias cordis nostri igne tue charitatis vt tuo/ igne igniti/ tuo lumine illuminati: expulsis a cordibus nostris pctōꝝ tenebris: ad vitā te illustrante ꝑuenire mereamur eternā. Et sicut illuminasti ignem moysi famulo tuo ꝑ colūnam ignis ambulāti in mari rubro: ita illustra nr̄m lumē: et cādela q̄ de eo fuerit accēsa i honore maiestatis tue semꝑ ꝑseueret bn̄dicta: vt q̄cūqꝫ ex eo lumine portauerit sit illuminat⁹ lumīe grē



¶ Omnes orationes dicuntur cum Orem⁹. sub tono

predicto. Hic aspergatur aqua benedicta super ignem. Deinde dicatur Dominus vobiscū. et Oremus. Ora.

DOmine sancte pater omnipotens eterne deus bene✠dicere et sanctificare digneris ignē istū: quem nos indigni per inuocationem vnigeniti filij tui domini nostri iesu christi benedicere presumimus. Tu clementissime pater eum tua benedictione san✠ctifica: et ad profectum generis humani peruenire cōcede. Per eundem christum dominum nostrum. Oremus.

CElesti nos lumine q̄s dn̄e semp et vbiq; preueni vt mysterium cui⁹ nos participes esse voluisti: et puro cernam⁹ intuitu/et digno percipiamus effectu Per dn̄m nostrū iesum xp̄m filiū tuum. ¶ Deinde sequatur bn̄dictio thymiamatis siue incēsi hoc modo.

EXorcizo te immūdissime spūs: et oē fātasma inimici: In noīe dei patris oīpotētis: et in noīe filii eius iesu xp̄i dn̄i nostri: vt exeas et recedas ab hac creatura thymiamatis siue incēsi: cum omni fallacia atq; nequitia tua: vt sit hec creatura sanctificata in nomine eiusdē dn̄i nostri iesu christi: vt oēs gustātes/tāgētes/siue odorantes eā: virtutem et auxilium percipiāt spūs sācti. Ita vt vbicūq; hoc icēsum vel thymiama fuerit: ibidē nullaten⁹ appropinquare audeas: nec aduersa inferre presumas: sed quicūq; spūs immūde es/ cū omni versutia tua procul inde fugias atq; discedas adiuratus. Per virtutem et nomen dei patris omnipotentis et iesu christi filij eius domini nostri: qui ventur⁹ est in spiritu sancto iudicare viuos et mortuos: et te preuaricatorem: et seculum per ignem. Amen. Oratio.

EEternā āc iustissimā pietatē tuam deprecamur dn̄e sancte pater omp̄s eterne deus vt bene✠dicere digneris hanc thymiamatis vel incensi speciem:

vt sit excelse maiestati tue in odorẽ suauitatis acceptũ Sit a te hec species bñdicta: sit per inuocationẽ sancti nominis tui sanctificata: vt vbicunqꝫ fumus ei⁹ peruenerit/extricetur ⁊ effugetur omne genus demoniorũ: sicut incensũ iecoris piscis quem raphael archãgelus Tobiã famulũ tuũ docuit cũ ascẽdit ad Sare liberationem. Per christum dñm nostrum. Amen. Orem⁹.

Descẽdat bñdictio tua dñe sup hãc speciẽ icẽsi ⁊ thymiamatis: sicut i illo die de quo dauid pphe ta tu⁹ cecinit dicẽs. Dirigatur oratio mea sicut icẽsũ i cõspectu tuo. Sit nobis odor cõsolatiõis suauitatis ⁊ grẽ: vt fumo isto effugẽt oẽ fantasma inimici mẽtis ⁊ corporis: vt sim⁹ pauli apostoli voce bonus odor deo. Effugiãt a facie hui⁹ icẽsi ⁊ thymiamatis oẽs demonis incurs⁹ sicut puluis a facie vẽti/⁊ sicut cera a facie ignis. Presta hoc piissime pr̃ boni odoris incẽsum ad opus ecclesie tue ob causa religionis iugiter pmanere: vt mystica nobis significatiõe spiritualiũ virtutũ fragrãs ostẽdat odor suauitatẽ. Tua ergo oĩps deus immense maiestatis dextera hãc creaturã bñ ✠ dicere ex diuersarũ rerũ cõmixtione cõfectã dignare: et in virtute sancti tui noĩs oẽs immundorũ spirituũ fãtasticos incurs⁹ effugare: oẽsqꝫ morbos reddita sanitati expellere: vt vbicũqꝫ fumus aromatum ei⁹ afflauerit: mirabiliter possit atqꝫ i odore fragrantissimo tibi perpetua suauitate redolere. Per christũ dominũ nostrũ. Amẽ.

¶ Postea impleatur thuribulũ de carbonib⁹ cũ icẽso ⁊ incẽsetur nouus ignis: deinde accendatur cere⁹ sup hastam de nouo igne: ceteris luminaribus prius extinctis: ⁊ redeat processio more solito i chorũ. In redeundo duo clerici de scdã forma in superpelliciis post sacerdotem incedentes cantẽt hos vl⁹ seqñtes hoc modo.



Nuentor rutili dux bone luminis q̄ certis vi

cibus tempora diuidis merso sole chaos in gruit

horridum lumen redde tuis christe fideli bus.


Chorus idē repetat post vnūquemqȝ V. Clerici V. Q uātis innumero sydere regiā lunariqȝ

polum lāpade pinxeris incussu silicis lumina nos ta

mē mōstras saxigeno semine q̄re re. Q e nesciret

homo spē sibi luminis in christi solido corpore cōditā


qui dici stabilē se voluit petrā nostris igniculis vnde




genus de nit. Splendẽt ergo tuis munerib⁹ pat




flãmas mo bilibus scilicet atria absentemq̃ diẽ



lux agit emula quã nox cum lacero victa fugit pe



plo. Per quẽ splendor honor laus sapientia maiestas



bonitas et pietas tua regnum contineat nu mine



triplici texens purpureis secula secu lis.

Quo cantato sequatur benedictio cerei paschalis ab ipso diacono ad processionem induto post acceptã benedictionem ad borealem converso ad gradum presbyterii: ceroferariis diacono assistentibus vno a dextris reliquo a sinistris ad ipsum conversis: cereis extinctis. Subdiaconus vero textum tenẽs stet ei opposit⁹ iuxta quã stet portitor haste ex vna parte: et ceroferarius cuiuscunq̃ parui cerei ad fontes benedicendos ex alte-

ra parte eodem modo conuersi: post diaconum vero stet thuribularius. Diaconus accepta prius benedictione a sacerdote executore officii dicat Exultet iã angelica turba celorum &c. quam zozimus papa constituit sic.



Xultet iam angelica turba celorum: exultent diuina mysteria et pro tanti regis victoria tuba intonet salu ta ris O au deat se tellus tantis irradiata fulgoribus et eterni regis splẽdore lustrata totius orbis se sentiat amisisse ca li ginem.

Letetur et mater ecclesia tanti luminis adornata fulgoribus et magnis populorum vocibus hec aula re sul tet.

Quapropter astantibus vobis fratres charissimi ad

tam mirã sancti huius luminis claritatem vna mecũ

queso dei omnipotentis misericordiã inuoca te.

Ut qui me nõ meis meritis intra leuitarũ numerum

aggregare di gnatus est: luminis sui gratia ĩfunden

te cere i huius laudem implere per fici at.

Per dominũ nostrũ iesũ christũ filiũ suũ q̃ cũ e o vi

uit et regnat deus in vnitate spiritus sãcti. Per oĩa secu

la seculo rũ. Amẽ. Dominꝰ vobiscũ. Et cũ spũ tuo.

Sur sũ corda. Habemus ad dñm. Gra ti as

agamus domino deo nostro. Dignũ ꝛ iustũ est.

V E re quia dignũ et iustũ est inuisibilẽ deũ

omnipotẽtẽ patrẽ filiumq; eiꝰ vnigenitũ dominũ no

strũ iesũ xp̄m cũ sãcto spi ritu toto cordis ac mẽtis

af fectu ꝛ vocis ministerio ꝑsona re. Qui ꝑ nobis

eterno patri ade debitũ soluit: et veteris piaculi cau-

tionem pio cruoꝛe deter sit. Hec sunt enim fe-

sta paschalia in quibus verus il le agnꝰ oc ciditur

eiusq̧ sāguine post es ꝯsecrātur. Hec nox

est in qua pꝛimū patres nr̄os filios israel eductos de

egypto rubꝛum mare sic co vestigio transi re fe

ci sti. Hec igitur nox est que peccatoꝛum

tenebꝛas columne illuminatio ne purga uit.

Hec nox est q̄ hodie per vniuersū mūdū in

chꝛisto cre dẽtes a vitijs seculi segre gatos ⁊ caligi

ne peccatoꝛū reddit gratie sociat sanctita ti.

Hec nox est in qua destructis vin

culis moꝛtis chꝛist9 ab inferis victoꝛ ascen dit. Ni

chil enī nobis nasci pꝛofuit ni si re dimi pꝛofuis=

set. O mi ra circa nos tue pieta tis digna

tio O inestima bi lis dilectio charitatis: vt

seruum redimeres fi lium tradidi sti. O certe

necessarium ade pec catum ꝛ nostrũ quod chri sti

morte dele tum est. O felix culpa que ta

lem ac tantum meruit habere redemptorem.

O certe beata nox que sola meruit sci

re tẽpus et horam in qua christus ab inferis re


surre xit. Hec nox est de qua

scriptum est: et nox vt dies illuminabitur ꝛ nox illumi


natio mea in deli ciis me is. Hu ius



igitur sãctificatio noctis fu gat scelera culpas



lauat et reddit innocẽtiam lapsis ⁊ mestis letitiam: fu



gat odia cõcordiã parat ⁊ curuat impe ria. In hu



ius igitur noctis gratia su scipe scte͂ pater

Hic ponat incẽsum ab ipso dia-
cono in cereũ siue in candelabrũ
in modũ crucis/similiter in par
uum cereũ portitore accedente.



incẽsi huius sacrificiũ

vesperti num. Quod tibi in hac cerei



oblatio ne so lenni per ministrorum manus



de ope ribus apũ sacrosancta reddit eccle sia.



Sed iam columne huius preconia novimus




quam in honorem dei rutilans ignis accen dit.


¶ Hic accendatur cereus paschalis: et sic ardeat conti nue usque post completo. in die pasche. Accendatur etiam quotidie per ebdoma. pasche ad matutinas: et ad missam: et ad vesperas similiter fiat in octa. pasche. Omnibus vero dominicis ab octavis pasche usque ad ascensionem domini ad missam tantum accendatur. In die vero ascensionis domini sicut in octavis pasche. Accendatur etiam in his festis. s. marci euangeli. philippi et iacobi tantum. In annunciatione vero beate marie quando post octavas pasche celebratur. et in inventione crucis sicut in octavis pasche accenditur.



Qui li cet sit divisus in partes/
Hic accendantur omnia luminaria per ecclesiam.




mutuati luminis detrimenta non novit: alitur liquantibus




b⁹ cereis quas in substantiam pretio se huius lampadis apes

mater edu xit. O beata nox q
expoliauit e gyptios: ditauit hebreos: nox in qua terre
nis celestia iunguntur. O ramus te do-
mine vt cereus iste in hono re nominis tui con se-
cratus ad noctis huius caliginem destruendam in defi-
ciens perse ue ret. In odorem sua uita tis
acce ptus super nis luminaribus miscea-
tur. Flammas e ius lucifer matuti nus inue niat.




Il le inquam lucifer qui nescit occa ssu




Il le qui regressus ab inferis humano ge-



neri serenus illu xit. Pre camur er




go te do mine vt nos famulos tuos om nem




clerum et deuotissimum populum vna cum patre no



stro papa N. atq; rege nostro N. necnon



episcopo nostro N. quiete temporum conces



sa in his pascha libus gaudijs conserua re di-



Notandum est q candelabrum cum cereo paschali debet ammoueri feria. vi. in crastino ascēsionis domini ante missam. Cereꝰ iste christum designat siue colūnam que fuit hebreis: scilicet lux noctis et vmbra diei.

Ordo ad cathecuminū faciēdū. Inprimis deferatur īfās ad valuas ecclesie: et īqrat sacerdos ab obstetrice vtrū sit īfās masculꝰ an femina. Deīde si īfās fuerit baptizatꝰ domi: et quo nōie vocari debeat: licet eñ baptizatꝰ fuerit domi ppter periculū mortis: tñ totū habeat subseqēs seruitiū: pter immersionē aque et quo nōie debet vocari. Masculus autē statuet a dextris sacerdotis: mulier vero a sinistris. His q̄litis faciat signū crucis cū pollice in frōte īfātis ita dicēs. **Signū saluatoris dñi nostri iesu xp̄i in frontē tuum pono:** et postea in pectore ita dicendo. **Signū saluatoris dñi nostri iesu xp̄i in pectus**

tuum pono. ¶ Deinde tenẽs manum dexteram super caput infantis dicat Dominus vobiscũ. et Oremus.

OMnipotens sẽpiterne deus pater dñi nostri iesu xp̄i/ respicere dignare super hũc famulũ tuũ/ vel hanc famulã tuã. Hic primo inquirat sacerdos nomẽ infãtis: ꝛ respõdeãt patrini. N. quem vel quã ad rudimẽta fidei vocare dignatus es: oẽm cecitatẽ cordis ab eo vel ea expelle: disrũpe oẽs laqueos sathane qb⁹ fuerit colligat⁹ vel colligata. Aperi ei dñe ianuã pietatis tue: vt signo sapiẽtie tue imbut⁹ vel imbuta/ oĩm cupiditatũ fetorib⁹ careat: ꝛ ad suauẽ odorem preceptorũ tuorꝫ letus vel leta tibi in ecclesia tua deseruiat: ꝛ proficiat de die in diẽ: vt idone⁹ vel idonea efficiat accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina Per eũdẽ christum dñm nostrũ. Amen. Deinde dicatur oratio sine Dominus vobiscum. sed cum Oremus. Oratio.

PReces nostras q̃s dñe clementer exaudi: et hunc electũ tuũ vel hanc electam tuam/ Hic patrini matrine nominẽt puerũ N. crucis dominice: cuius impressione Hic faciat sacerdos crucem in fronte infãtis. eum vel eã signam⁹ virtute custodi: vt magnitudinis glorie tue rudimẽta seruãs/ per custodiam mandatorũ tuorũ ad noue regenerationis gloriã peruenire mereatur. Per xp̄m dñm nostrum. Amẽ. Oremus. Oratio.

DEus qui humani generis ita es conditor vt sis etiam reformator/ propitiare populis adoptiuis: et nouo testamento sobolem noue prolis ascribe: vt filij promissionis quod non potuerunt assequi per naturam/ gaudeant se recepisse per gratiam. Per dominum nostrum. ¶ Exorcismus salis sine Oremus.

EXorcizo te creatura salis in noĩe dei patris oĩpotẽtis: et in charitate dñi nr̃i iesu xp̄i et in virtute

spiritus sācti. Exorcizo te per deum viuum: per deum verum: per deum sanctum: per deum qui te ad tutelā humani generis procreauit: et populo venienti ad credulitatē per seruos suos consecrari precepit: vt in noīe sancte trinitatis efficiaris salutare sacramētū ad effugādū inimicū. Proinde rogam⁹ te dn̄e de⁹ nr̄: vt hanc Hic respiciat sacerdos sal. creaturam salis sanctificando sācti ✠ fices: benedicēdo bene ✠ dicas: vt fiat omnibus accipientibus perfecta medicina permanens in visceribus eorū virtute eiusdē dn̄i nostri iesu christi: q̄ venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos et seculū per ignē. ℟. Amē. Postea interroget sacerdos nomē pueri: ⁊ ponatur de ipso sale in ore eius dicendo N. Accipe sal sapientie vt propitiatus sit tibi deus in vitam eternam. Amen. Post salem datum dicat sacerdos super masculum vel feminam Dn̄s vobiscum. et. Orem⁹. Oratio

Deus patrū nostrorū: de⁹ vniuerse cōditor creature: te supplices exoram⁹ vt hunc famulū tuū vel hanc famulā tuā N. respicere digneris propitius: ⁊ hoc primū pabulū salis gustantem nō diutius esurire permittas quominꝰ cibo repleat̄ celesti: quaten⁹ sit sē per domine spiritu feruēs: spe gaudēs: tuo nomini seruiens: et perduc eum vel eam ad noue regenerationis lauachrum: vt cum fidelibus tuis promissionum tuarum eterna premia consequi mereatur. Per dominū nostrum. Sequatur oratio super masculum tantum sine Dn̄s vobiscū: sed cum Oremus. verte ad feminā.

Deus abrahā/ de⁹ ysaac/ de⁹ iacob/ de⁹ q̄ moysi famulo tuo in mōte synai apparuisti: ⁊ filios israel de terra egypti eduxisti: deputās eis angelū pietatis tue: q̄ custodiret eos die ac nocte: te q̄s dn̄e vt mittere digneris sanctum angelū tuū de celis q̄ similiter cu

stodiat hūc famulū tuū N. & perducat eū ad gratiā ba
ptismi tui. sine Per xp̄m. ¶ Adiuratio sup masculum
sine Dñs vobiscū. & [illegible] Orem⁹. sacerdote sic dicente.
ERgo maledicte diabole recognosce sententiam
tuam: & da honorē deo viuo & vero: da honorē
iesu christo filio ei⁹ & spūi sancto: & recede ab hoc famu
lo dei N. quia istum sibi deus & dñs noster iesus christ⁹
ad suam sanctā gratiam & benedictionem fōtemq₃ ba
ptismatis/dono spūs sācti vocare dignat⁹ est. Et hoc
signū sancte cru✠cis Hic faciat sacerdos signum cru
cis in fronte infantis cum pollice suo ita dicens. quod
nos fronti eius imponim⁹ tu maledicte diabole nunq̄
audeas violare Per eū qui vēturus est iudicare viuos
& mortuos & seculū per ignē. ℞. Amē. Hec sequēs oro
dicit sup masculū tm̄ sine Dñs vobiscū. & sine Orem⁹
DEus immortale presidium oīm postulantium
liberatio supplicum/pax rogātium/vita credē
tium/resurreccio mortuorum: te inuoco super hūc fa
mulum tuū N. qui baptismi tui donum petēs/eternā
cōsequi gratiā spirituali regeneratione desiderat. Ac
cipe eum dñe: & quia dignat⁹ es dicere: petite & accipie
tis: querite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis/pe
tēti premiū porrige & ianuā pande pulsanti: vt eternā
celestis lauachri benedictionē cōsecutus: promissa tui
muneris regna percipiat. Qui viuis et regnas cū deo
patre in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula
seculorum. ℞. Amen. ¶ Adiuratio super masculū tā
tum sine Dominus vobiscū. et sine Oremus hoc modo
AUdi maledicte sathana adiurat⁹ p nomē eter
ni dei & saluatoris nostri filij ei⁹/cū tua vict⁹ i
nuidia tremens gemensq₃ discede: nichil tibi sit commu
ne cū seruo dei N. iam celestia cogitāti/renunciaturo

tibi a seculis tuo: et beate immortalitati victuro. Da igitur honorem advenienti spiritui sancto: qui ex summa celi arce descendens: perturbatis fraudibus tuis: divino fonte purgatum pectus id est sāctificatum deo templum ꝫ habitaculum perficiat: vt ab omnibus penitus noxijs preteritorum criminum liberatꝰ/hic servus dei gratias perenni deo referat semper: et benedicat nomen eius sanctum in secula seculorum Amen.

¶ Exorcismus super masculum tantū sine Oremꝰ.

Exorcizo te immūde spūs ĩ noĩe dei patris ꝫ filij ꝫ spiritus sācti: vt exeas ꝫ recedas ab hoc famulo dei respice N ipse enim tibi ĩperat maledicte damnate atqꝫ dānande: qui pedibus sup mare ambulavit: et petro mergēti dexterā porrexit. Sequat̄ adiuratio. Ergo maledicte. vt supra. Hec sequēs oratio dicat̄ super feminā tantum sine Dominus vobiscū. ꝫ sine Oremꝰ.

Deus celi deꝰ terre/deus angelorū/deus archangelorū/deus patriarcharum/deꝰ prophetarū deus apostolorū/ deus martyrū/deus confessorū/deꝰ virginū/deus omnium bene viventium/deus cui omnis lingua cōfitetur ꝫ omne genu flectitur: celestiū/terrestriū/ꝫ infernorū: te invoco dn̄e super hāc famulam tuā respice N. vt perducere eam digneris ad gratiam baptismi tui. ¶ Sequatur adiuratio super feminam.

Ergo maledicte diabole recognosce sentētiā tuā ꝫ da honorē deo vivo ꝫ vero: et da honorem iesu xp̄o filio eiꝰ ꝫ spūi sācto: ꝫ recede ab hac famula dei N. q̄ istā sibi deꝰ ꝫ dn̄s nr̄ iesus xp̄s ad suā sanctā gratiā ꝫ bn̄dictionē: fontemqꝫ baptismatis: dono spūs sancti vocare dignatꝰ est. Et hoc signum sancte cru ✠ cis. Hic faciat sacerdos signū crucis in frōte infātis cū pollice suo dicēs qđ nos fronti eiꝰ damꝰ: tu maledicte dia-

vole nunq̃ audeas violare. Per eum qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem. ℟. Amen. ¶ Item super feminam tãtum dicitur seqũẽs oratio sine Dominus vobiscum. et sine Oremus.

Deus abraham/deus isaac/⁊ deus iacob/de⁹ q tribus israel de egyptiaca servitute liberasti: et per moysen famulum tuum de custodia mandatorum tuorum in deserto monuisti: et susãnam de falso crimine liberasti: te supplex dep̃cor domine vt liberes ⁊ hanc famulam tuam respice N et perducere eam digneris ad gratiã baptismi tui. Sequatur adiuratio. Ergo maledicte. vt supra. Exorcismus super feminam tantum sine Dominus vobiscum. et sine Orem⁹. Orõ.

Exorcizo te immũde sp̃us: per patrem et filium ⁊ spiritũ sãctũ: vt exeas et recedas ab hac famula dei respice N. ipse enim tibi imperat maledicte damnate atq̃ damnande: qui ceco nato oculos aperuit: ⁊ quatriduanum lazarum de monumẽto suscitavit. Sequatur adiuratio Ergo maledicte. vt supra. Exinde tam super masculos q̃ super feminas dicãtur orationes sequentes sine Dominus vobiscũ. et sine Oremus. Hic faciat sacerdos crucem cum pollice in fronte infantis tenensq̃ manum super caput eius dicat.

Eternam ac iustissimam pietatẽ tuam deprecor dñe sctẽ pater oĩpotens eterne de⁹ auctor luminis et veritatis: respice super hunc famulum tuũ vel hãc famulã tuã respice N vt digneris illum vel illam illuminare lumine intelligẽtie tue. Munda eũ vel eã ⁊ sancti ✠ fica: da ei sciẽtiam verã: vt dignus vel digna efficiatur accedere ad gratiã baptismi tui: teneat firmã spem/cõsiliũ rectum/doctrinã sanctam: vt aptus vel apta sit ad percipiẽdam gratiã baptismi tui. Per chri

stum dñm nostrum. Sine Oremus. Oratio. sequatur.

NEc te latet sathana iminere tibi penas: iminere tibi tormenta: imminere tibi diẽ iudicij: diẽ supplicij sẽpiterni: diem qui venturus est velut clibanus ardẽs: in quo tibi atq; vniuersis angelis tuis eternꝰ superueniet interitꝰ. Et ideo ꝑ tua nequitia dãnate atq; dãnande: da honorẽ deo viuo ⁊ vero: da honorẽ iesu xp̃o filio eiꝰ: da honorẽ spũi sancto paraclito: in cuius noĩe atq; virtute precipio tibi (quicunq; es) spũs inmunde vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo dei vel ab hac famula dei respice N. quem vel quã hodierdẽ deꝰ ⁊ dñs nr̃ iesus christꝰ ad suam sanctã gratiam ⁊ benedictionem fontẽq; baptismatis vocare dignatus est: vt fiat eiꝰ tẽplũ per aquã regenerationis: in remissionẽ oĩm peccatorũ suorũ. In noĩe eiusdẽ dñi nostri iesu xp̃i. Qui venturus est iudicare viuos et mortuos ⁊ seculũ per ignẽ. ℟. Amen. His dictis dicat sacerdos Dñs vobiscũ. Et cum spũ tuo. ¶ Euãgeliũ. Secundũ Matheum.

IN illo tẽpore. Oblati sũt iesu paruuli: vt manus eis imponeret ⁊ oraret. Discipuli aũt eiꝰ increpabãt eos. Iesꝰ aũt ait illis. Sinite paruulos ⁊ nolite ꝓhibere eos venire ad me: taliũ est enim regnum celorũ. Et cũ iposuisset eis manũ: abijt inde. ¶ Deinde spuat sacerdos in sinistra manu: ⁊ tãgat aures ⁊ nares infãtis cum pollice suo dextero de sputo dicẽdo ad aurẽ dextrã Effeta: qđ est adapire. ad nares. In odorẽ suauitatis. ad aurẽ sinistrã. Tu autẽ effugare diabole: appropinquabit eni iudiciũ dei. ¶ Postea dicat sacerdos cõpatribus/⁊ cõmatribus vna cũ oĩbus circunstantibꝰ vt ipsi dicant ad inuicem. Pater noster. et Aue maria. ⁊ Credo in deum. quas etiam ipse sacerdos dicat cunctis audientibus/videlicet modeste et distincte sic.

Ordo ad faciendū cathecuminum.

Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnū tuū. Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimꝰ debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen.

Aue maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructꝰ ventris tui iesus. Amen.

Credo in deum patrem omnipotentem creatorē celi & terre: & in iesum christum filium eius vnicum dn̄m nostrum: qui conceptus est de spiritu sancto natus ex maria virgine: passus sub pontio pilato crucifixus mortuus & sepultus: descendit ad inferna: tertia die resurrexit a mortuis: ascendit ad celos sedet ad dexterā dei patris omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Credo in sp̄m sc̄tū / sanctā ecclesiam catholicā / sanctorū cōmunionē remissionē pctōrū / carnis resurrectionē / vitam eternam. Amen.

Signum crucis

¶ His dictis faciat sacerdos signū crucis i manu dextera infantis / interrogato eius nomine ita dicens N. Trado tibi signaculum dn̄i nostri iesu christi in manu tua dextera: vt te signes & te de aduersa parte repellas / & in fide catholica permaneas / & habeas vitā eternam & viuas in secula seculorū. Amē. ¶ Postea dicat sacerdos bn̄dicendo infantē sic. Benedictio dei patris oīpotentis & filii & sp̄us sancti: descēdat super te & maneat semper. ℟. Amen. Postea introducat cathecuminum per manū dexterā in ecclesiam / interrogato noīe eius dicēs N. Ingredere in tēplū dei: vt habeas vitā etnā & viuas in scl'a scl'oꝝ. Amē. Qn̄ fuerit fōs mūdandus & de pura aqua renouandus (qđ sepe debet fie

et propter aque corruptionem) tūc dicatur sequēs letania: & bn̄dicatur fons modo sequēti. Et nota q aqua baptismatis: nō debet transmutari propter honorem alicuius potētis nisi fuerit corrupta. ¶ Nota q aqua bn̄dicta fontiū in vigi. pasche & penthecostes nō aspergatur per ecclesiā: sed aliqua alia aqua benedicta more solito sicut in alijs dn̄icis dieb9. ¶ Memoraliter retinendum est q aqua bn̄dicta circa fontes eū aspergēda sed non aqua fontiū: siue chrismate fuerit sanctificata siue nō. Quī in decretis originalibus sāctorū patrum clementis & paschasij paparum inuenitur q aqua fontiū non est aqua aspersionis: sed baptismatis et purgationis. Unde caueat vnusquisq sacerdos ne illa aqua tāgat/nisi quos baptizat: qr nō est opus vt baptizati iterū baptizent. Esset ergo stulta presūptionis aspersio tā in vig. pasc. & pēth. q in oib9 alijs diebus: qr per ecclesiam romanā cūctis christianis sub pena excōmunicationis maioris est inhibita. ¶ Hic incipit letania hoc modo. ¶ Goodfaders & goodmoders & all that be here about say in the worshyppe of god & our layde & of the. xij. apostellys a **Pater noster. and Aue maria.** & **Credo i deū.** That we maye so mynyster thys blessyd sacramēt that yt maye be to the pleasure of almyghty god and confusyon of our gostly ennmy & saluacyon of te sowle of thys chylde. ¶ God faders and godmodyrs/of thys chylde whe charge you that ye charge the foder and te moder to kepe it from fyer & water & other pelers to the age of. vij. yere. ād that ye lerne or seyt belerned the **Pater nr̄. Aue maria.** & **Credo:** after the lawe of all holy churche & in all goodly haste to be confermed of my lorde of the dyocise or of hys depute & that the moder brynge ayen the crysom at hyr puryfy

godfathers charge to father and mother

washinge of hande

cation/ & washe your hãde or ye departe the chyrche.

Sequuntur letanie.

Kyrie eleisõ. Christe eleisõ. Christe audi nos. Pater de celis de⁹: miserere nobis.
Fili redẽptor mundi de⁹: miserere nobis.
Spũs sctẽ de⁹: mise. nob.
Sctã trinitas unus deus Miserere nobis.
Sctã maria Ora p nob.
Sancta dei genitrix ora
Sctã virgo virginũ or.
Sãcte michael or.
Sancte gabriel or.
Sancte raphael or.
Oẽs sãcti angeli & archãgeli dei Orate p nobis.
Oẽs scti btõrũ spirituum ordines Orate pro nobis.
Sancte iohãnes baptista Ora pro nobis.
Omnes sãcti patriarche et prophete Orate.
Sancte petre or.
Sancte paule or.
Sancte andrea or.
Sancte iohannes or.
Sancte iacobe or.
Sancte thoma or.
Sancte philippe or.
Sancte iacobe or.
Sancte mathee or.
Sancte bartholomee or.
Sancte symon or.
Sancte thadee or.
Sancte mathia or.
Sancte barnaba or.
Sãcte marce or.
Sancte luca or.
Omnes sancti apostoli et euangeliste Orate.
Omnes sancti discipuli & innocentes Orate.
Sancte stephane or.
Sancte line or.
Sancte clete or.
Sãcte clemens or.
Sancte fabiane or.
Sãcte sebastiane or.
Sãcte cosma or.
Sãcte damiane or.
Sãcte prime or.
Sancte feliciane or.
Sãcte dionysi cum sociis tuis or.
Sancte victor cum sociis tuis or.
Omnes sancti martyres Orate pro nobis.
Sancte silvester or.

Sancte leo or.
Sancte hieronyme or.
Sancte augustine or.
Sancte ysidore or.
Sancte iuliane or.
Sancte gildarde or.
Sancte medarde or.
Sancte albine or.
Sancte eusebi or.
Sancte swithune or.
Sancte birine or.
Omnes sancti cōfessores
Orate pro nobis.
Omnes sācti monachi et heremite. orate.
Sancta maria magdalena ora pro nobis.
Sancta maria egyptiaca ora pro nobis.
Sancta margareta or.
Sancta scolastica or.
Sancta petronella or.
Sancta genouefa or.
Sancta praxedis or.
Sancta sotheris or.
Sancta prisca or.
Sancta tecla or.
Sancta affra or.
Sancta editha or.
Omnes sancte virgines
Orate pro nobis.
Omnes sancti orate.

His itaq; cōpletis accedat sacerdos ad fontiū cōsecrationē q̄ sēper dicatur sine cātu: nisi tm̄ in vigilia pasc. & pēthecostes. tunc enim cātata scd̄a letania incipiat sacerdos ad hunc locum/ & cātet modesta voce hoc mō.



Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Omnipotēs sēpiterne deus: adesto magne pietatis tue mysteriis: adesto sacramētis: & ad recreādos nouos pp̄los quos tibi fons baptismatis parturit/ spm̄ adoptionis emitte: vt qđ nr̄e humilitatis gerēdum est mysterio tue virtutis impleatur effectu. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus. ¶ Hic mutat vocem more prefationis sic.



Er omnia secula seculorum. Amen. Do-



minus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sur sum



corda. Habemus ad dominum. Gratias agamus



domino deo nostro. Dignum et iustum est.



Ere dignū et iustum est equum et salutare



nos tibi semper et vbiqꝫ gratias agere domine san-



cte pater omnipotens eterne deus. Qui inuisibili po



tentia sacramentorum tuorum mirabiliter operaris


effectum. Et licet nos tantis mysteriis exequendis simus indigni: tu tamen gratie tue dona non deserens etiam ad nostras preces aures tue pietatis inclines. Deus cuius spiritus super aquas inter ipsa mundi primordia ferebatur ut iam tunc virtutem sanctificationis aquarum natura conciperet. Deus qui nocentis mundi crimina per aquas abluens regenerationis speciem in ipsa diluuii effusione signasti: ut vnius eiusdem q




elementi mysterio ⁊ finis esset vicijs et origo virtuti-



bus. Respice quesumus domine in faciē ecclesie tue



⁊ multiplica in ea regenerationes tuas: qui gratie tue



affluentis impetu letificas ciuitatem tuam: fontemq̄




baptismatis aperis toto orbe terrarum gentibus in-



nouandis vt tue maiestatis imperio sumat vnigeni-

signo crucis aqua diuisa




Hic diuidat sacer. aquam manu sua dextera in modum crucis sic.

ti tui gratiam de spiritu sancto.




Qui hāc aquā regenerādis hominibus preparatam



arcana sui luminis admixtione fecundet: vt sanctificatio




ne concepta ab immaculato diuini fontis vtero in nouam rena



ta creaturam progenies celestis emergat. Et quos aut se



xus in corpore aut etas discernit in tempore omnes in vnam




pariat gratia mater infantiam. Procul ergo hinc iu




bente te domine omnis spiritus immundus abscedat: procul




tota nequitia diabolice fraudis absistat. Nichil hic




loci habeat contrarie virtutis admixtio: non insidiando




circumuolet: non latendo surrepat: nõ inficiendo corrũ-




pat. Sit hec sancta et innocens creatura libera ab om




ni impugnatoris incursu et totius nequitie purgata



discessu. Sit fons viuus aqua regenerans unda purifi



cans: Ut omnes hoc lauacro salutifero diluendi ope-



rante in eis spiritu sancto perfecte purgationis indulgẽ-



tiam consequantur. Unde benedico te creatura aque

cruces



per deum viuum: per deum verum: per deum sanctum: per

deum qui te in principio verbo separauit ab arida: cu-

ius spiritus super te ferebatur qui te de paradiso ma

nare fecit: et in quatuor fluminibus totã terrã rigare

Hic eiiciat sacerdos aquã de fonte p. iiii. ptes cũ manu dextera in modũ crucis.

precepit. Qui te in deserto ama-

ram suauitate indita fecit esse potabilem et sitienti po


pulo de petra produxit. Bene✠dico te per iesum chri

stum filium eius vnicum dominum nostrũ: qui te in


chana galilee signo admirabili sua potentia cõuertit

aqua in modũ crucis eiicitur


crux




in vinum. Qui pedibus super te ambulauit & a ioha



ne in iordane in te baptizatus est. Qui te vna cũ san




guine de latere suo produxit: et discipulis iussit vt cre



dentes baptizarentur in te dicens. Ite docete omnes




gentes baptizantes eos in nomine pa ✠ tris & fi ✠



lij et spi ✠ ritus sancti.

Hic mutet sacerdos vocẽ quasi legẽdo & dicat sic. Hec nobis pcepta seruãtib⁹ tu de⁹ omps clemẽs adesto tu benign⁹ aspira. Hic aspi. sacer. ter in fõtẽ in modũ crucis. Deinde dicat legendo sic. Tu has simplices aquas tuo ore bñdicito: vt pter naturalẽ emũdationẽ quã lauandis possint adhibere corporib⁹: sint etiã purificã dis mentibus efficaces. Hic stillet sacerdos de cereo in fontẽ in modum crucis: postea dicat more prefatiõis.

cruces




Descēdat in hāc plenitudinē fōtis virt⁹ spirit⁹ sācti




totāqꝫ hui⁹ aque substātiā regenerādi fecūdet effectu.


Hic diuidat sacerdos aquā cum cereo in fonte in modū crucis dicēdo.




Hic omniū peccatoꝝ macule deleā



tur. Hic natura ad imaginē tui condita: & ad honorē




tui reformata principij cunctis vetustatis squalori-




bus emundetur.

Hic tollat sacerdos cereū de aqua: et tradat clerico a quo ibidē cōtra fōtes teneatur: donec finiatur tota ꝑfatio.

Ut om



nis homo hoc sacramentū regenerationis ingressus



in vere innocentie nouam infantiam renascatur.

aqua diuisa in modū crucis cū cereo

¶ Hic mutet vocem quasi legendo. **Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti de⁹. Per oia secula seculorum. Amē.** ¶ Non procedatur vlteri⁹ in hoc officio in vigilia pasche & pēthecostes: nisi aliquis esset baptizand⁹ vt postea patebit. Nota q̄ in vigilia pasche & pēthecostes consecratis fontibus nō infundetur oleū neq̧ chrisma: nisi assint aliqui qui debeāt baptizari: sed linteamine mundo cooperiantur: & vsq̧ ad completū pasche vel penthecostes reseruētur: vt si forte his diebus aliquis baptizādus aduenerit: fecūdatis tū & sanctificatis fontib⁹ olei & chrismatis infusiōe baptizetur. Post hec mittat sacerdos oleū sanctū cū ipsa billione que est in base eius in aquā: signum crucis faciens et dicens. ¶ **Coniunctio olei vnctionis et aque baptismatis. In noīe patris & filij et spirit⁹ sācti. Amē.** Simili modo mittat chrisma dicēs. **Fecūdetur & sāctificetur fōs iste hoc salutifero chrismate salutis. In nomine patris.** &c. Postea mittat simul oleū cū chrismate modo supradicto dicēs. ¶ **Coniunctio chrismatis sanctificationis & olei vnctionis et aque baptismatis. In noīe patris.** &c. Tunc portetur infans ad fōtes ab his qui eū suscepturi sūt ad baptismum: ipsisq̧ eundē puerū sup fontes inter manus tenētib⁹: & ponat sacerdos manū dexterā super eū: et interrogato ei⁹ noīe: respondeāt qui eū tenēt N. Itē sacerdos dicat N. **Abrenuncias sathane?** Respondeāt cōpatrini & cōmatrine **Abrenuncio.** Item sacerdos. **Et oibus operib⁹ eius?** ℟. **Abrenuncio.** Itē sacerdos. **Et oib⁹ pōpis ei⁹.** ℟. **Abrenuncio.** Postea tangat sacerdos pectus infantis & inter scapulas de oleo sctō crucē faciens cū pollice dicēs. N. **Et ego linio te sup pect⁹ oleo salutis: inter sca**

crucis signum cum oleo

crucem de oleo cum pollice

pulas. In christo iesu dño nostro vt habeas vitã eternam et viuas in secula seculorũ amen. Deinde interrogato nomine eius respõdeant N. Item sacerdos N. Credis in deũ patrẽ omnipotẽte creatorẽ celi & terre? Respondeant. Credo. Itẽ sacerdos. Credis & i iesũ xp̃m filium eius vnicũ dñm nostrum natum & passum? Respondeant. Credo. Itẽ sacerdos. Credis & i spm̃ sctm̃/sanctã ecclesiã catholicã/sctõ℞ cõmunionem/remissionẽ peccatorũ/carnis resurrectionẽ & vitã eternã post mortẽ? Respõdeant. Credo. Tũc interroget sacerdos nomẽ infãtis dicẽs quid petis? Respõdeant baptismũ. Itẽ sacerdos. Uis baptizari? Respondeãt. Uolo. Deinde accipiat sacerdos infantẽ per latera in manib⁹ suis: & interrogato noĩe ei⁹ baptizet eũ sub trina mersione tm̃ sanctã trinitatẽ inuocando ita dicens N. Et ego baptizo te ĩ noĩe patris. & mergat eũ semel versa facie ad aq̃lonẽ & capite vs⁹ orientẽ. & filij & iterum mergat semel versa facie ad meridẽ. & spũs sancti Amen. & mergat tertio recta facie vers⁹ aquã. Tũc patrini accipiẽtes ĩfãtẽ de manib⁹ sacerdotis leuẽt eũ de fõte. Ut aũt surrexerit a fõte/accipiat sacerd. de chrismate cũ pollice suo dicẽs. Dñs vobiscũ et Oremus. Or.

Deus oĩps p̃r dñi nostri iesu christi qui te regenerauit ex aqua & spũ sãcto: quiq̃ dedit tibi remissionem oĩm peccatorũ tuorũ/Hic liniat infãtem de ipso chrismate cũ pollice in vertice in modũ crucis dicẽs Ipse te linit chrismate salutis ĩ eodẽ filio suo dño nr̃o iesu christo in vitam eternam. Postea induat̃ infãs veste chrismali sacerdote iterrogãte nomẽ ei⁹ & dicẽte sic N. Accipe vestẽ cãdidam sãctam & immaculatam quam perferas ante tribunal dñi nostri iesu xp̃i: vt habeas vitã eternam & viuas in secula seculorum. Amẽ.

trina mersio

crux in vertice post baptismũ

¶ Licitũ est aũt pãnũ chrismalẽ secũdo linire chrismate ꝛ sup aliũ baptizatũ immittere: tñ ad cõmunes vs⁹ nõ debet pannus ille assumi: sed ad ecclesiã reportari ꝛ in vsus ecclesie reseruari. Deide quesito noĩe ponat cereũ ardentẽ ĩ manu infãtis dicẽs N. Accipe lãpadẽ ardentẽ ꝛ irreprehẽsibilẽ: custodi baptismũ tuũ: serua mãdata: vt cũ venerit dñs ad nuptias/ possis ei occurrere vna cũ sanctis in aula celesti: vt habeas vitã eternã ꝛ viuas ĩ secula seculoꝝ. Amẽ. ¶ Si episcop⁹ adest statim eũ ꝯfirmari oportet ꝛ postea ꝯmunicari si etas eius id deposcat sacerdote dicente. Corpus dñi nostri iesu xp̃i custodiat corpus tuũ ꝛ animã tuã in vitã eternam. Amen. ¶ Si infans sit/ iniungatur patri et matri vt cõseruent puerũ ab igne ꝛ aqua ꝛ omnibus alijs periculis vsq₃ ad etatem septẽ ãnoꝝ: ꝛ si ipsi nõ faciãt/ patrini ꝛ matrine tenẽtur. Item ꝛ cõmatrib⁹ iniungatur vt doceant infantem Pater nr̃. et Aue maria. ꝛ Credo in deũ. vel doceri faciant: ꝛ q̄ chrismale deferat ad ecclesiã: ꝛ q̄ cõfirmet q̄ cito episcop⁹ aduenerit circa partes per septem miliaria. Deide dicat hoc. sequẽs euangeliũ super infantem si placuerit: q₂ secũdum doctores maxime valet pro morbo caduco. Domin⁹ vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Sequentia sancti euãgelij/ secundum Marcum. ℟. Gloria tibi domine.

In illo tẽpore. Respõdens vn⁹ de turba dixit ad iesum. Magister/ attuli filiũ meũ ad te / habẽtẽ spiritũ mutũ: q̄ vbicũq₃ eũ apprehenderit/ allidit illũ: ꝛ spumat ꝛ stridet dẽtib⁹ et arescit. Et dixi discipulis tuis vt eijcerẽt illum: ꝛ nõ potuerũt. Qui r̄ñdens eis dixit. O generatio ĩcredula: q̄diu apud vos ero: q̄ diu vos patiar: Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset illũ: statim sp̄s conturbauit eũ ꝛ eli

confirmatio

euangeliũ pro morbo caduco.

sus in terra volutabatur spumans. Et interrogauit pa
trē eius. Quātum temporis est ex quo ei hoc accidit?
At ille ait. Ab īfātia. Et frequēter eū ī ignē & ī aquas
misit: vt eū perderet. Sed si qd potes/adiuua nos mi
sertus nostri. Jesus autē ait illi. Si potes credere: oīa
possibilia sunt credenti. Et cōtinuo exclamans pater
pueri cū lachrymis aiebat. Credo dñe: adiuua īcredu
litatē meā. Et cū videret iesus cōcurrētē turbā/cōmi
natus est spiritui īmundo dicēs illi. Surde & mute spi-
ritus/ego tibi precipio exi ab eo: et amplius ne introeas
in eū. Et clamans & multū discerpens eū: exijt ab eo.
Et factus est sicut mortuus: ita vt multi dicerēt qz mor
tuus est. Jesus autē tenens manū eius eleuauit eū: et
surrexit. Et cū introisset in domū/discipuli eius secreto
interrogabant eum. Quare nos non potuimus eiicere
eum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire: ni-
si in oratione & ieiunio. Et postea dicat hoc euāgeliū
sequēs sub forma predicta/videlicet Scdm iohannē.

In principio erat verbū/& verbū erat apud deū:
& deus erat verbū. Hoc erat ī pricipio apud deū.
Omnia per ipsū facta sunt: & sine ipso factū est nichil.
Quod factū est in ipso vita erat: et vita erat lux homi
nū. Et lux in tenebris lucet/& tenebre eā non cōprehen
derunt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohā
nes. Hic venit in testimoniū vt testimoniū perhiberet
de lumine: vt omnes crederēt per illū. Nō erat ille lux:
sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera
q̄ illuminat oēm hoiem venientē in hūc mūdū. In mū
do erat/& mūdus p ipsū factus est: & mūdus eū non cogno
uit. In ppria venit: et sui eū nō receperūt. Quotquot
autem receperunt eū: dedit eis potestatē filios dei fieri
his qui credunt in noīe eius. Qui non ex sanguinibus

neqȝ ex voluntate carnis: neqȝ ex volũtate viri: sed ex deo nati sũt. Et verbũ caro factũ est: ⁊ habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eiꝰ: gloriã quasi vnigeniti a patre. Plenũ gratie ⁊ veritatis. ¶ Notandũ est ꝙ quilibet sacerdos parochialis debet parochianis suis formã baptizãdi in aqua pura naturali et recenti ⁊ nõ in alio liquore, frequenter in diebus dñicis exponere: vt si necessitas emergat sciãt paruulos i forma ecclesie baptizare proferẽdo formã verborũ baptismi in lingua materna distincte ⁊ aperte ⁊ solũ vnica voce nullomodo iterãdo verba illa rite semel ꝓlata vel similia super eũdẽ: sed sine aliqua additiõe/subtractiõe/iterruptione verbi ꝓ verbo positiõe/mutatiõe/corruptiõe/seu trãspositiõe sic dicendo. I cristene the N. in the name of the fadir and of the sone and of the holy gost. amẽ. vel i ligua latia sic. Ego baptizo te N. In noĩe pris ⁊ filij ⁊ spũs scti. Amẽ. Aquã sup paruulũ spargẽdo vel in aquã mergẽdo ter vel saltẽ semel. ¶ Et si puer fuerit baptizatus scđm illã formã caueat sibi vnusquisqȝ ne iterũ eundẽ baptizet: sed si huiusmodi paruuli cõualescant deferãtur ad ecclesiã ⁊ dicãtur sup eos exorcismi ⁊ cathecismi cũ vnctiõibꝰ et oibꝰ alijs supradictis preter immersionẽ aque ⁊ formã baptismi/q̃ oino sũt omittẽda: videlicet Quid petis. ⁊ ab hinc vsqȝ ad illũ locũ quo sacerdos debeat paruulũ crismate linire. Et ideo si laicꝰ baptizauerit puerũ anteq̃ deferat̃ ad ecclesiã iterroget sacerdos diligẽter qđ dixerit ⁊ qđ fecerit: et si inuenerit laicũ discrete ⁊ debito modo baptizasse et formã verborũ baptismi vt supra in suo ydiomate integre ꝓtulisse/approbet factũ: ⁊ nõ rebaptizet eũ. Si vero dubitet rationabiliter sacerđ. vtrũ ifãs ad baptizãdum sibi oblatꝰ prius in forma debita fuerit baptiza-

forma baptizandi

Si laicus baptizauerit

tus vel nõ: debet oĩa pficere cũ eo sicut cũ alio quẽ con stat sibi non baptizatũ/ preter q̃ q͛ verba sacramenta lia essentialia proferre debeat sub cõditione hoc modo dicendo N. **Si baptizatus es ego nõ rebaptizo te: sed si nõdũ baptizatus es: ego baptizo te. In noĩe patris et filij ⁊ spũs sancti. Amen.** sub aspersione vel imersione vtš. Et est obseruandũ tã de baptismate q̃ de confir- matione q͛ quãdocũq3 dubitatur sine dubitatione cõ ferant: qr nõ dicitur iteratũ quod nescit fuisse collatũ: et ideo sub forma predicta baptizant infantes expositi de quor̄ baptismo probabiliter dubitatur: siue ĩuenia tur cum sale vel sine sale. ¶ Notãdũ est etiã q͛ si infãs sit in periculo mortis: tunc primo introducatur ad fõ tẽ: et postea baptizetur incipiendo ad hũc locũ. **Quid petis.** et si post baptismũ vixerit habeat totũ residuũ seruitiũ supradictũ. ¶ Hoc aũt in quolibet sacramẽto obseruetur: q͛ qñcũq3 periculũ videtur iminere: semp incipiatur ad substantiã illiũs sacramẽti ⁊ postea resi duũ cõpleatur si poterit. ¶ Nõ licet aliquẽ baptizare in aula camera vel aliquo loco priuato: sed dũtaxat ĩ ecclesiis in quib9 sunt fõtes ad hoc specialiter ordina ti: nisi fuerit filius regis vel principis/ aut talis necessi tas emerserit pter quã ad ecclesiã access9 absq3 pericu lo haberi nõ potest. ¶ Presbyter aũt si poterit semper habeat fõtẽ lapideũ ĩtegrũ ⁊ honestũ ad baptizãdũ: si aũt nequiuerit/ habeat vas cõueniẽs ad baptismũ qd̃ aliis vsibus nullaten9 deputet nec extra ecclesiã depor tet. ¶ Solẽnis baptism9 celebrari solet ĩ sabbato san cto pasche ⁊ in vigilia pentecostes: ⁊ ideo pueri nati in fra octo dies ante pascha vel infra octo dies ante pẽte costẽ/ debẽt reseruari ad baptizandũ in sabbato sãcto pasche vel ĩ vigilia pẽtecostes: si cõmode ⁊ sine pericu

condicionalis baptismus

filius regis

presbiter habeat fontem lapideum/

aut vas nullis aliis vsibus seruiens

vigilia pasche & penticostes

lo valeāt reseruari. Ita ꝙ tēpoꝛe medio inter natiuita
tē puerorū ⁊ huiꝰ baptismi/perfectū recipiāt cathecis
mū: solaqȝ diebꝰ pꝛedictis baptismi cōsecratis fōtibꝰ
sit īmersio faciēda. ¶ Alij aūt q̇ alijs anni tēpoꝛibus
nati extiterint incōtinēti cū nati fuerint ꝑpter moꝛta
le periculū qḋ sepe pueris iminet ī pꝛoniū/baptizent.
¶ Uerūtamen in sabbato sancto pasche/⁊ in vigilia
pētecostes peracta ꝯsecratiōe fontiū nō infundat oleū
neqȝ chꝛisma: nec vlterius ī officio baptismi pꝛocedat
nisi foꝛte aliquis assit baptizādus: sed linteamine mū
do cooperiantur ⁊ vsqȝ ad cōpletoꝛiū pasche ⁊ pente-
costes reseruent: vt si foꝛte his diebꝰ aliquis baptizan
dus aduenerit/fecūdatis ⁊ sanctificatis fontibꝰ olei ⁊
chꝛismatis infusiōe baptizetur. ¶ Et nota ꝙ de aqua
sanctificata ī fōte baptismali ī sabbato sctō pasche et
in vigilia pētecostes nūꝗ̄ debet populꝰ aspgi post aq̄
chꝛismationē nec ante. ¶ Nō licet laico vel mulieri ali
quē baptizare nisi ī articulo necessitatis. Si vero vir
et mulier adessēt vbi imineret necessitatis articulꝰ ba
ptizādi puerū ⁊ nō esset aliꝰ minister ad hoc magis ido
neus p̄sens: vir baptizet et nō mulier/nisi foꝛte mulier
bene sciret verba sacramētalia ⁊ nō vir: vel aliud ipe-
dimētū subesset. ¶ Siīr pater vel mr̄ non dȝ ꝓꝓꝛiū fi-
liū de sacro fōte leuare nec baptizare/nisi ī extreme ne
cessitatis articulo: tūc eīn bene possunt sine pꝛe iudicio
copule cōiugales ipsū baptizare: nisi fuerit aliqs alius
p̄sēs q̇ hoc facere sciret ⁊ vellet. ¶ Pꝛeterea vir ⁊ vxoꝛ
nō debēt simul leuare puerū alteriꝰ de sacro fōte. Nul
li religiosi debēt admitti ī patrinos qḋ etiā de monia-
libꝰ obseruādū est. ¶ Uiri aūt ⁊ mulieres q̇ suscipiunt
pueros de baptismo cōstituunt eoꝝ fideiussoꝛes apud
deū: ⁊ ideo freq̄nter debēt eos admonere cū adulti fue

Vir et vxor simul nō erūt patrini

rint seu discipline capaces: vt castitatē custodiāt/iusti
tiā diligāt/charitatē teneāt: ꝛ anteoīa orationē dñica
lē ꝛ salutationē angelicā/symbolū fidei/et signaculo
scilicet crucis se signare eos docere tenent. ¶ Unde nō
debēt recipi in patrinos nec admittant nisi q̄ sciūt pre
dicta: qr patrini debēt istruere filios suos spirituales
in fide/qd̄ facere nō possunt nisi ipsimet in fide priꝰ in
structi sint. ¶ Si baptizandus nō poterit loqui vel qr
paruulus/vel qr mutꝰ/vel qr egrotās aut aliūde ipo=
tens: tūc debēt patrini ꝑ eis respōdere ad oēs interro
gatiōs in baptismo. Si aūt loqui poterit: tūc ꝑ seipso
respōdeat ad singulas iterrogatiōes nisi ad iterroga
tiōes sui nōis tm̄ ad quas semꝑ patrini sui respōdeāt
pro eo. Qui suscipiūt pueros de sacro fonte nō debent
eos tenere corā epo in cōfirmationē nisi cogēte necessi
tate. Nō plures q̄ vnus vir ꝛ vna mulier debent acce
dere ad suscipiendū paruulū de sacro fōte vnde plures
ad hoc simul accedentes peccant faciendo cōtra prohi
bitionem canonis/nisi alia fuerit cōsuetudo approba
ta: tn̄ vltra tres ampliꝰ ad hoc nullatenꝰ recipiantur.
¶ Monendi sunt etiam laici q̄ paruuli sui cōfirmati/
tertia die post cōfirmationē deportentur ad ecclesiā ꝛ
frontes eorū per manus sacerdotis ꝓpter chrismatis
reuerentiam in baptisterio abluantur/ꝛ ligature eor
tunc igne cōburantur. ¶ Itē nullꝰ debet admitti ad
sacramētū corporis ꝛ sāguinis christi iesu extra mor
tis articulū/nisi fuerit confirmatꝰ vel receptione sa=
cramenti cōfirmationis fuerit rationabiliter ipeditꝰ.
¶ Non debet sacerdos parochialis esse sine chrismate
sed debet quilibet sacerdos parochialis a suo episcopo
non ab alio in ꝓpria ꝑsona sua vel per aliū sacerdotē
diaconū vel subdiaconū chrisma petere singulis ānis

patrini debent docere puers signo crucis signare se

fide inferer in baptismo nō debent tenere pueros in confirmatione

nō ultra tres

qui debent ad cenam sacram admitti

chrisma

ante pascha. ¶ Sacerdos qui de veteri chrismate ungit baptizatum (nisi i articulo necessitatis) deponendus est: & ideo debet omni die cene domini novum chrisma ab epo cōfici & vetus removeri & cremari. ¶ Item sacrum oleum & chrisma sub fideli custodia clave adhibita debet observari: ne ad illa possit manus temeraria extēdi ad aliqua nepharia exercēda. ¶ Nota q tempore interdicti generalis licite possunt conferri baptismus & confirmatio tam adultis q parvulis: sed nondum pulsatis campanis neq alta voce.

Ordo ad purificandum mulierem post partum ante hostium ecclesie. Primo sacerdos & ministri eius dicant psalmos sequentes. ps. Levavi oculos meos. ps. Beati oēs. Gloria pa. Sicut erat. Sequatur Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Dñe salvā fac ancillam tuam. Deus meus sperantem in te. Esto ei dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Dñe exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Orō.

Deus qui hanc famulam tuam de partēdi periculo liberasti & eā i servitio tuo devotā esse fecisti: cōcede ut tēporali cursu fideliter peracto/sub alis mie tue vitam perpetuam & quietā consequatur. Per xpm dnm. &c. ¶ Tūc aspergatur mulier aqua benedicta: deinde inducat eam sacerdos per manū dexterā in ecclesiam dicens. Ingredere in tēplū dei ut habeas vitam eternā & vivas in secula seculorū. amē. ¶ Nota q mulieres post prolē emissam quandocūq ecclesiā intrare voluerint acture grās purificari possūt: & nulla proinde peccati mole gravantur: nec ecclesiarum aditus est eis denegādus: ne pena illis cōverti videat in culpā.

Si tñ ex veneratiõe voluerint aliq̃diu abstinere devo
tionẽ eaꝝ nõ credim⁹ iprobãdã.d.pu.post per.ca vno



Rdo ad faciẽdũ spõsalia. In primis sta
tuãtur vir ⁊ mulier ante ostiũ ecclesie co
rã deo sacerdote et populo/vir a dextris
mulieris et mulier a sinistris viri. ¶ Et
sciendũ est q̃ licet omni tp̃e possint ꝯtra
hi sponsalia et etiam matrimoniũ quod fit priuatim
solo consensu: tamen traditio vxorũ et nuptiarũ solen
nitas certis tẽporib⁹ fieri phibẽtur: videlicet ab aduẽ
tu domini vsq̃ ad octa. epiphanie: et a septuagesima
vsq̃ ad octauas pasche: ⁊ a dominica ante ascensionẽ
dñi vsq̃ ad octa. pente. In octaua die tñ epiphanie lici
te possũt nuptie celebrari: q2 non inuenitur prohibitũ
q̃uis ĩ octauis pasche hoc facere nõ liceat. Similiter
in dñica prima post festũ pẽthecostes licite celebrãtur
nuptie: quia dies pẽthecostes octauum diẽ nõ habet.
¶ Tunc interroget sacerdos banna dicens in lingua
materna sub hac forma. Ecce cõuenim⁹ huc fratres
corã deo et angelis ⁊ oib⁹ sãctis ei⁹ in facie ecclesie ad
coniũgendum duo corpora scilicet huius viri ⁊ huius
mulieris. Hic respiciat sacerdos psonas suas. vt amo
do sint vna caro ⁊ due aĩe in fide ⁊ ĩ lege dei ad pmerẽ
dã simul vitã eternã quicquid ante hoc fecerit. Admo
neo igitur vos oẽs vt si quis ex vobis qui aliquid dice
re sciat quare isti adolescẽtes legitime contrahere nõ
possint/modo cõfiteatur. ¶ Eadẽ admonitio fiat ad
virũ ⁊ ad mulierẽ vt si quid ab illis occulte actũ fuerit
vel si quid deuouerint vel alio modo de se nouerit qua
re legitime cõtrahere nõ possint: tũc confiteantur. Si
vero aliquis impedimẽtũ aliquod proponere voluerit
et ad hoc probandum cautionẽ prestiterit: differãtur

sponsalia quousqꝫ rei veritas cognoscatur. Si vero nullus īpedimentū proponere voluerit: interroget sacerdos dotē mulieris videlicet arras sponsales / ꝛ dicuntur arre annuli vel pecunia vel alie res dande spōse ꝑ spōsum: q̄ datio subbarratio dicitur / precipue tū quādo fit per annuli dationē: ꝛ tūc vulgariter despōsatio vocatur. Nō fidabit sacerdos nec cōsentiet ad fidationē inter virū ꝛ mulierē ante tertiū edictū bānoꝝ. Debet eīm sacerdos bāna in facie ecclesie īfra missarū solēnia cū maior populi affuerit multitudo / ꝑ tres dies solennes ꝛ disiūctos / īterrogare ita vt īter vnūquēqꝫ diē solēnē cadat ad min⁹ vna dies ferialis. Debet etiam sacerdos terminū prefigere cōpetentē infra quē q̄ noluerit ꝛ valuerit legitimū opponat īpedimētū: ꝛ si cōtrahētes diuersarū sint parochiarum tūc in vtraqꝫ ecclesia parochiarū illarū sunt bāna interrogāda. Si autē vni⁹ ꝛ eiusdē sint parochie / tūc tm̄ in ecclesia illius parochie bāna īterrogentur. Sacerdos vero q̄ cōtractib⁹ mr̄imonialib⁹ āte trinā solēnē interrogationē bānoꝝ vt p̄dictū est presūpserit interesse: penā suspēsionis ab officio ꝑ triēniū incurrit. Similiter sacerdos parochialis q̄ matrimonia clādestina in parochia sua ꝓhibere ꝯtēpserit / ab officio ꝑ triēniū debet suspēdi: ꝛ graui⁹ est puniēd⁹ si culpe qualitas id req̄rat. Prohibentur aūt clādestina matrimonia duplici ratione: vcꝫ ne sub spe matrimonij cōmittatur fornicatio: ꝛ ne mr̄imonialiter cōiūcti iniuste separentur. Sepe eīm i matrimonio occulto alter ꝯiugū mutat ꝓpositū ꝛ dimittit reliquū ꝓ lationib⁹ destitutū ꝛ sine remedio restitutionis: ꝛ ideo ꝓhibeāt sacerdo. freq̄nter parochianos suos ne dent sibi fidē mutuo: sed corā publicis et honestis ꝑsonis ad hoc ꝯstitutis. Quisq̄s etiā sacerdos seu secularis seu re

gularis extiterit q̃ solẽnizationẽ m̃rimonij extra eccle
siã parochialẽ vel capellã habẽtẽ iura parochie sibi ab
ãtiquo ꝯpetẽtia absq; diocesani loci licẽtia speciali cele
brare ꝑsũpserit aut celebratiõi iteresse ipso facto p annũ
itegrũ ab officio est suspẽs⁹. Postea dicat sacerdos ad
virũ cũctis audiẽtib⁹ i lĩgua materna sic N. Uis ha
bere hãc mulierẽ i spõsã ⁊ eã diligere: honorare: tenere
⁊ custodire sanã ⁊ ĩfirmã sicut spõs⁹ dz spõsã: ⁊ oẽs al's
ꝑpt eã dimittere ⁊ illi soli adherere q̃diu vita vtriusq;
vestrũ durauerit: Rñdeat vir. Uolo. Itẽ dicat sac. ad
mulierẽ hoc mõ N. Uis habere hũc virũ i spõsũ ⁊ ei
obedire ⁊ seruire: ⁊ eũ diligere honorare ac custodire sa
nũ ⁊ ĩfirmũ sicut spõsa dz spõsũ: ⁊ oẽs alios ꝑpt eũ di
mittere ⁊ illi soli adherere q̃diu vita vtriusq; vestrũ du
rauerit: Rñdeat mulier. Uolo. De ide det femĩa a prẽ
suo vel ab amicis ei⁹: q̃ si puella sit discoopertã habeat
manũ: si vidua tectã: q̃ vir recipiat i dei fide ⁊ sua seruã
dã sicut vouit corã sacerdote ⁊ teneat eã p manũ dexte
rã i manu sua dextera ⁊ sic vir det fidẽ mulieri p vba de
pñsẽti ita dicẽs docẽte sacerd. I N take the N to my
wedded wyf to haue ⁊ to holde fro this day for warde
for bettere for wers for richere for pouere: i sykenesse ⁊
i helthe tyl dethe vs departe if holy chyrche it woll ordey
ne ⁊ ther to y plight te my trouthe. manũ retrahẽdo.
Deinde dicat mulier docẽte sacerdote. I N take the
N to my wedded housbonde to haue and to holde fro
tis day for warde for better: for wors: for richer: for
pouere: in sykenesse et in hele: to be bonere and buxū
in bedde and at te borde tyll dethe vs departhe if holy
chyrche it wol ordeyne and ther to. I plight the my
trouthe. manum retrahendo. Deinde ponat vir au-
rum: argentum: et annulum super scutum vel librũ:

et querat sacerdos si annulus antea fuerit bñdict⁹ vel nõ. si dicatur q non: tũc bñdicat sacerdos annulũ hoc modo cum Dñs vobiscum. et cum Oremus. Oratio.

CReator et conseruator humani generis: dator grẽe spiritalis: largitor eterne salutꝭ: tu dñe mitte bñdictionẽ tuã sup hunc ãnulũ. respice. vt q̃ illũ gestauerit sit armata virtute celestis defensionis: ⁊ proficiat illi ad eternam salutẽ. Per christum. Oremus.

BEne ✠ dic dñe hũc annulũ respice quem nos in tuo sancto nomine benedicim⁹: vt quicunq̧ eũ portauerit in tua pace cõsistat: ⁊ in tua volũtate pmaneat: ⁊ in tuo amore viuat ⁊ crescat ⁊ senescat: ⁊ multiplicetur in longitudinem dierũ. Per dñm. Tũc aspergat aqua benedicta sup annulũ. ¶ Si aũt antea fuerit annul⁹ ille benedict⁹ tũc statim postq̃ vir posuerit annulũ sup librũ: accipiẽs sacerdos annulum tradat ipsum viro: quẽ vir accipiat manu sua dextera cũ tribus principalioribus digitis a manu sua sinistra: et tenẽs dexterã spõse docẽte sacerdote dicat. With this rynge. I the wed and this gold and silver. I the geue and with my body. I the worshipe and with all my worldely cathel. I the endo we. et tũc inserat spõs⁹ annulũ pollici spõse dicẽs. In noie patris. deinde secũdo digito dicẽs. et filij. deinde tertio digito dicẽs. ⁊ spiritus sancti. deinde quarto digito dicens. Amen. ibiq̧ dimittat annulũ: qꝛ in medico est quedã vena procedẽs vsq̧ ad cor: ⁊ in sonoritate argẽti designat interna dilectio que semp inter eos decet esse recens. ¶ Deinde inclinatis eorũ capitibus dicat sacerdos benedictionẽ super eos. Bñdicti ✠ sitis a dño qui fecit mũdũ ex nichilo. Amẽ. Postea dicat tũc ps sequens hoc modo.

MAnda de⁹ virtutẽ tuã: cõfirma hoc de⁹ qd ope

ratus es in nobis: a templo tuo in hierusalem tibi offe
rent reges munera. Increpa feras arundinis cõgre
gatio taurorum i vaccis populorum: vt excludãt eos
qui probati sunt argento. Gloria patri. Sicut erat.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater
noster. Et ne nos. Sed libera. Benedicam⁹ patrem
et filium cum sãcto spiritu. Laudemus & superexalte
mus eum in secula. Laudemus dñm quẽ laudant an
geli. Quem cherubin & seraphin sanctus/ sanct⁹/ san
ct⁹ proclamãt. Dñe exaudi orationẽ meam. Et cla
mor meus ad te veniat. Dominus vobiscũ. Oremus.
Deus abraham: deus isaac deus iacob sit vobi-
scum: & ipse vos cõiungat: impleatq̃ bñdictio
nem suã i vobis. Qui viuit et regnat de⁹. Per omnia
secula seculorum Amen. ¶ Alia oratio cum. Orem⁹.
Bene ✠ dicat vos de⁹ pater/ custodiat vos ies⁹
christ⁹/ illuminet vos spiritus sanctus. Osten-
dat dñs faciem suam in vobis & misereatur vestri. Cõ
uertat domin⁹ vultum suum ad vos: & det vobis pa-
cem: impleatq̃ vos omni benedictione spirituali: in re
missionem omnium peccatorũ vestrorũ vt habeatis
vitam eternã: & viuatis i secula secular. Amẽ. Hec in
trent ecclesiã vsq̃ ad gradũ altaris: & sacerdos in eun-
do cum suis ministris dicat hũc psalmum sequẽtem.
Beati oẽs q̃ timẽt dñm: q̃ ãbulãt i vijs ei⁹. La-
bores manuũ tuarũ q̃r mãducab: beat⁹ es & be
ne tibi erit. Uxor tua sicut vitis abũdãs: i laterib⁹ do
m⁹ tue. Filij tui sicut nouelle oliuarũ: i circuitu mẽ-
se tue. Ecce sic bñdicet hõ: qui timet dñz. Benedicat
tibi dñs ex syon: et videas bona hierusalem omnibus
diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorũ: pacẽ
sup israel. Gloria patri. Sicut erat sine nota cum.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. ¶ Tunc
prostratis sponso ⁊ sponsa ante gradū altaris/ roget
sacerdos circunstantes orare ꝓ eis dicendo. Pater no
ster. Et ne nos. Sed libera nos a malo. Saluū fac
seruum tuū et ancillā tuā. Deus meus sperātes in te.
Mitte eis dn̄e auxilium de sancto. Et de syō tuere eos
Esto eis domine turris fortitudinis. A facie inimici.
Domine exaudi. Et clamor. Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Benedicat vos dominus ex syon vt videatis que
bona sunt hierusalem omnibus diebus vite ve-
stre: et videatis filios filiorum vestrorum et pacem su
per israel. Per christum dominum nostrū. Oremus.

Deus abrahā/ deus isaac/ deus iacob: bn̄ ✠ dic ado-
lescētes istos: ⁊ semina semē vite eterne in mēti
bus eorū: vt quicqd ꝓ vtilitate sua didicerint/ hoc face
re cupiāt. Per iesū xp̄m filiū tuū recuperatorē hoīm.
Qui tecum viuit ⁊ regnat deus. ⁊c. Oremus. Oratio.

Respice dn̄e de celis: ⁊ bene ✠ dic ꝯuētionē istā.
Et sicut misisti sanctū angelum tuū raphaelē
ad tobiam ⁊ sarā filiā raguelis: ita digneris dn̄e mit
tere bene ✠ dictionem tuam super istos adolescētes:
vt in tua voluntate permaneāt: ⁊ in tua securitate per
sistant: et in amore tuo viuāt et senescāt: vt digni atq
pacifici fiant et multiplicētur in longitudinē dierum.
Per christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

Respice dn̄e propitius sup hūc famulū tuū/ respi-
ce et sup hāc famulā tuā: respice. vt in noīe tuo
bn̄ ✠ dictionē celestē accipiāt: ⁊ filios filiorū suorū ⁊ fi
liarū suarū vsq in tertiam ⁊ quartā progeniem inco-
lumes videant: ⁊ in tua voluntate perseuerēt: ⁊ in fu-
turo ad celestia regna ꝑueniāt. Per xp̄m. Oremus. Or

OMnipotens sempiterne deus qui primos parẽtes nostros adam et euam sua virtute creauit: et in sua sanctificatione copulauit: ipse corda et corpora vestra sanctificet et ben✠dicat: atqz in societate et amore vere dilectionis coniungat. Per christum.

¶ Deinde benedicat eos dicens. Oremus.

BEne✠dicat vos deus omnipotens omni bene✠dictione celesti: efficiatqz vos dignos in conspectu suo: superabundet in vobis diuitias gratie sue: et erudiat vos in verbo veritatis: vt ei corpore pariter et mente complacere valeatis. Per dominũ nostrum.

¶ Finitis orationibus que dicebantur super eos prostratos ad gradum altaris: et itroductis illis in presbyterium scilicet inter chorum et altare ex parte ecclesie australi: et statuta muliere a dextris viri videlicet inter ipsum et altare. Incipiatur officium.

Benedi cta sit san cta trinitas at qz in diuisa v ni tas: confi tebi mur e i quia fe cit nobi scum miseri cordiam su am.

In tẽpore paschali finiatur hoc modo. Al le lu ya al le luya. Ps. Benedicamus




nõ dicat ulteri⁹ Kyrie. cum suis V. dicat. Ad missam seruet modus et ordo per oĩa sicut in duplicib⁹ festis/hoc modo.

patrem et filium: cum sancto spiritu.





Gloria in excel sis deo. Gloria in excel-



sis deo. Gloria in ex celsis deo.

Et in terra pax hominibus bone volũtatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoram⁹ te. Glorificam⁹ te. Gratias agimus tibi propter magnã gloriã tuã. Domine deus rex celestis de⁹ pater oĩpotẽs. Dñe fili unigenite iesu xp̃e. Dñe deus agn⁹ dei filius patris. Qui tollis peccata mũdi miserere nobis. Qui tollis pctã mundi: suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. Qm̃ tu sol⁹ sanctus. Tu sol⁹ dñs. Tu sol⁹ altissim⁹ iesu xp̃e. Cũ sãcto spũ in gloria dei patris. Amẽ. Iste due orationes sequẽtes dicantur sub vno Oremus. & sub vno Per dominum.

Omnipotens sempiterne deus/qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere/et in potentia maiestatis adorare vnitatem quesum⁹: vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Alia oratio.

Exaudi nos oĩps & misericors de⁹: vt qd̃ nr̃o ministrat officio/tua bñdictione potius impleat. Per dñz nr̃m iesũ xp̃m filiũ tuũ. Qui tecũ. Ad corinthios.

Fratres. Nescitis quoniam corpora vestra mē-
bra sunt christi: Tollens ergo membra christi
faciā membra meretricis: Absit. An nescitis qm̄ qui
adheret meretrici: vnū corpus efficitur: Erūt (inquit)
duo in carne vna. Qui autem adheret deo: vnus spiri-
tus est. Fugite fornicationem. Omne enim peccatum
quodcunq; fecerit homo: extra corpus est. Qui autem
fornicatur: in corp⁹ suum peccat. An nescitis quoniā
membra vestra templum sunt spirit⁹ sancti qui in vo-
bis est: quem habetis a deo et non estis vestri: Empti
enim estis precio magno. Honorificate et portate deū
in corpore vestro. Gradale.

Bene di ctus es domine qui intue

ris. abys sos et sedes super

cheru bin. V⁹ Benedicite

de um ce li

quia fecit nobiscum misericor diam su-

Non repetatur gradu. In missis sponsalium.

am.

Alle luya. V.

Bene dictus es domine deus patrum

nostrorum et laudabilis in secula


In tẽpore paschali erit scdm Alla. unum ex istis sequẽtib[9]

Al le lu ya.

V. Nonne cor nostrum

ardens erat in nobis de iesu dum lo que re-



tur no bis in vi a.



Alle-


luya. Blus.


Surgens iesus dominus no ster ste-


tit in medio disci pulo-


rum suorum dixit


pax vobis.


Alle luya.

V. Surrexit dominus et occurrens mulieribus ait aue te tūc accesserunt et tenuerunt pedes eius

Alleluya

Vs. In die resurrectionis mee dicit dominus pre



te dam bos in galile



am



Alleluya. ℣. Dici-




te in genti bus quia do-



minus regna uit a li gno.



Alle lu ya.



℣.

Christus resur gens ex mor-

tuis iam non moritur mors

il li vltra non

do mina bitur: Sequentia.


Lma chor⁹ domini nūc pāgat nomina sum

mi. Messias sother emanuel sabaoth adonay. Est

vnigenit⁹ via vita manus homo vsyon. Principiū


primogenit⁹ sapientia virt⁹. Alpha caput finisq̈ si-

mul vocitatur et est oo. Fons et origo boni paraclit⁹



Sit cui secla. Per omnia doxa. Secūdū Mattheū.

IN illo tēpore. Accesserūt ad iesum scribe et pharisei: tentantes eū et dicentes. Si licet homini dimittere vxorem quacūq; ex causa? Qui respondēs ait illis. Non legistis quia qui fecit hominē ab initio masculū et feminā fecit eos? Et dixit eis. Propter hoc dimittet homo patrē et matrē et adherebit vxori sue et erunt duo in carne vna. Itaq; iam nō sūt duo: sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit homo non separet.





Redo in vnum deũ. Patrem omnipotentem. Factorem celi et terre. Visibilium omnium & inuisibilium. Et in vnum dominum iesum christum filiũ dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula. Deum de deo lumen de lumine deum verum de deo vero. Genitum non factum consubstantialem patri per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatꝰ est de spiritu sãcto ex maria virgine Et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub põtio pylato passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundũ scripturas. Et ascendit in celum sedet ad dexteram patris. Et iterum vẽturus est cum gloria iudicare viuos et mortuos Cuius regni non erit finis. Et ĩ spiritum sanctum dominum et viuificantem. Qui ex patre filioqꝫ procedit. Qui cum patre & filio simul adoratur et cõglorificatur. Qui locutꝰ est per prophetas. Et vnã sãctam catholicam et apostolicã ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amen.

Offertorium.


Bene di ctus sit de us pa ter



vnige ni tusqꝫ de i fi li us








¶ Nota q ordo thuris benedicti nunq datur in eccle sia sponso et sponse. Inde est q oblato thure benedi cto sup altare si descendat thuribulis/ad clericos vel ad laycos aliud thus est apponendum et hominibus offerendum. Secretum.

Sanctifica quesumus domine deus noster trini tas sancta/per tui sancti nominis inuocationē huius oblationis hostiam:et cooperante spū sancto p eā nosmetipsos tibi perfice munus eternū. Aliud secr.

Adesto domine supplicationibus nostris & hanc oblationem quam tibi offerimus pro famulis tuis quos ad statum maturitatis & ad diem nuptiarū perducere dignatus es placatus ac benignus assume. Per. Prefatio Qui cum vnigenito. post Sanctus. pro sternant se sponsus & spōsa in oratiōe ad gradum alta ris extenso super eos pallio quod teneant quattuor cle rici per quattuor cornua in superpelliciis nisi alter eo rum prius fuerit desponsatus et benedictus:quia tunc non habeatur pallium super eos nec dicatur sacramē talis bñdictio vt postea patebit. Deinde dicto Per oīa

secula seculorum amē. post Pater noster. anteq̄ dictū Pax dn̄i sit sēp vobiscū. facta fractiōe eucharistie more solito dimissaq; hostia i trib⁹ fractiōib⁹ sup patenā dicat sac. ꝯuers⁹ ad illos orōnes sequētes sub tono lectōnis illis iterū genuflectētib⁹ sub pallio sacer. sic dicēte.



Dominus vobiscum. Oremus.

PRopiciare dn̄e supplicationib⁹ nr̄is: ⁊ institutis tuis qb⁹ ꝓpagationē humani generis ordīasti benign⁹ assiste: vt qd̄ te auctore cōiungit̄ te auxiliante



seruetur. Per christum dominū nostrū. Oremus.

DEus qui potestate virtutis tue de nichilo cūcta fecisti: qui dispositis vniuersitatis exordijs homini ad ymaginē dei facto ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti: vt femineo corpori de virili dares carne principium: docens quod ex vno placuisset institui/nunq̄ liceret disiūgi. ¶ Hic incipit benedictio sacramentalis. Deus qui tam excellenti misterio cōiugalem copulā consecrasti: vt christi et ecclesie sacramentū presignares in federe nuptiarū. Hic finitur benedictio sacramentalis. Deus per quem mulier iungit̄ viro et societas principaliter ordinata ea bn̄dictione ✠ donatur: q̄ nec sola per originalis peccati penā/ nec p diluuij est ablata sentētiā respice Respice ꝓpiti⁹ sup hāc famulā tuā q̄ maritali iungēda est cōsortio q̄ se tua expetit ꝓtectiōe muniri. Sit in ea iugū dilectionis ⁊ pacis: fidelis ⁊ casta nubat i christo: imitatrixq;

sanctarum permaneat feminarum. Sit amabilis ut rachel viro: sapiens ut rebecca: longeva et fidelis ut sara. Nichil in ea ex actibus suis ille auctor prevaricationis usurpet: nixa fidei mandatisque permaneat uni thoro iuncta contractus illicitos fugiat/ muniatque infirmitatem suam robore discipline. Sit verecundia gravis/ pudore venerabilis/ doctrinis celestibus erudita. Sit fecunda in sobole/ sit probata et innocens: et ad optatam perveniat senectutem: et videat filios filiorum suorum usque in tertiam et quartam progeniem: et ad beatorum requiem atque ad celestia regna



perveniat. Per dominum. etc. Per omnia secula seculorum. Amen

¶ Notandum quod hec clausula. Deus qui tam excellenti mysterio. usque Deus per quem mulier iungitur viro. Non dicantur in secundis nuptiis/ vir enim aut mulier ad bigamiam transiens non debet iterum a sacerdote benedici quia cum alia vice benedicti sint eorum benedictio non debet iterari: quia caro benedicta trahit ad se carnem non benedictam ¶ Notandum est autem quod inhibitum est per capitulum extra de secundis nuptiis ne benedictio detur in secundis nuptiis quod etiam testatur beatus ambrosius qui ait. Prime nuptie a domino sunt constitute. Secunde vero permisse. Prime nuptie sub omni benedictione celebrantur. Secunde vero carent omni benedictione: sed quia plures benedictiones sunt in nuptiis celebrandis scilicet in introitu ecclesie et super pallium/ et post missam/ et super thorum in sero quod benedictio sit iteranda in secundis nuptiis et que non. ¶ Sciendum est quod in hac oratione que sic incipit. Deus qui potestate virtutis tue de nichilo cuncta fecisti quod dispositis univer

&c. Tres sunt benedictiones ibidē que idē habent principium. scilicet Deus. media aūt est omittēda scilicet ista Deus qui tā excellenti misterio coniugalē copulā consecrasti. vsq₃ Deus per quē mulier iungitur viro & societas principaliter ordinata &c. quia ī ista bñdictione agitur de vnitate christi & ecclesie que figurat̄ in primo matrimonio nō aūt in secundo: vnde apostol⁹ ad corithios ait. Erūt inqt duo ī carne vna et hoc notat̄ extra de bigamis caplo. Debitū & si vir vnius vxoris. Et hoc p primo matrimonio: sed qui adheret plurib⁹ dissoluit vnitatē vel fed⁹ vnitatis & ideo illa bñdictione que agit de vnitate. scilicet. Deus qui excellenti mysterio coniugalem copulā conserasti. &c. nō dicetur in secūdis nuptijs: & hoc est verū tam in viro bigamo q̄ ī muliere vidua: q₂ caro bñdicta trahit ad se carnē nō benedictā: sed oēs alie bñdictiones siue orationes debent dici indifferenter secundum curiam romanam & secundum Hostiensē & Thomam alquinū & Morādum doctorem. Et questio ista discussa erat & determinata in sacro palatio Rome/ et trāslata in Angliam per magistrum iohannem haysted/ Anno dñi millesimo. ccc. xxi & causa discussiōis erat quia multitudo sacerdotū tūc tēporis ad sedē apostolicā cōuolarūt causa obtinendi absolutionis beneficiū pro bñdictionib⁹ in secundis nuptijs indiscrete collatū. Ideo super hoc statuitur constitutio noua/ que sic incipit.


CОncertationi antique finem imponere cupientes presenti declaramus edicto/ quod licet vir vel mulier ad bigamiam vel ad secundas nuptias transierint benedici non debent cum fuerint alias benedicti: quod si forsan alter eorum vel ambo essent ad secūdas nuptias transeuntes et in primis nu-

ptijs benedicti nõ fuerint danda est eis benedictio in se cundis nuptijs. Sane volentes antiquum rigorẽ temperare concedimus ꝙ presbyter qui secundas nuptias benedixerit scienter ad sedem apostolicam ex hoc venire minime teneatur: sed a pena suspẽsionis hoc casu a iure indicta: per suos possunt diocesanos absolui. Si qui vero iuxta opinionem quorundam hactenus ex se non reputantes suspẽsos ordines quoslibet seu quevis beneficia receperint: diocesani eorum a pena suspẽsionis predicta ipsos absoluere ac super executione ordinum: et retentione beneficiorum huiusmodi cũ eis valeant licite dispẽsare. ¶ Hic queri potest quare secũde nuptie nõ bñdicant. Ad hoc dico ꝙ scdm matrimoniũ ꝗuis in se consideratũ sit pfectũ sacramentũ tñ i ordine ad primũ sacramẽtũ cõsideratũ aliquid habet defectu sacramẽti qꝛ nõ habet plenã significationem: cum nõ sit vna caro sicut est i matrimonio christi ⁊ ecclesie: ⁊ ratione huius defectꝰ bñdictio a secũdis nuptijs subtrahit. Sed hoc est intelligendũ qñ secũde nuptie sunt secũde ex parte viri ⁊ ex parte mulieris tñ. Si eñ virgo contrahat cũ illo qui habuit aliã vxorẽ nichilominus nuptie benedicũtur / saluatur ⁊ aliquo modo. Significatio autẽ in ordine ad primas nuptias: qꝛ episcopus ⁊ si vnam ecclesiam habeat sponsam: habet tamẽ plures personas desposatas in vna ecclesia: sed aĩa nõ potest esse spõsa alterius ꝙ christi: qꝛ cum demone fornicatur nec est matrimoniũ spirituale et ppter hoc qñ mulier secundo nubit: nuptie nõ benedicũtur ppter defectũ sacramenti. ¶ Post hec vertat se sacerdos ad altare ⁊ dicat **Pax dñi. et Agnus dei.** Tunc amoto pallio surgãt ambo sponsus ⁊ spõsa ⁊ accipiat spõsus pacẽ a sacerdote ⁊ ferat sponse osculans eã ⁊ nimine aliũ

nec ipse nec ipsa: sed statim diacon⁹ vel clericus a presbitero pacē accipiēs ferat alijs sicut solitum est. Cōio.




Benedicimus deum celi et corā omnibus



viuenti bus cōfite bimur e t qui a fe-



cit nobi scum misse ricor diam su am.



Tpe pasche. alle luya al le lu ya. Postcōio.

Proficiat nobis ad salutē corporis ꝛ aīe dñe de⁹ hui⁹ sacramēti susceptio: ꝛ sēpiterna sācte trinitatis eiusdēqꝫ īdiuidue vnitatis ꝯfessio. Alia postcōio

Quesumus omnipotens deus instituta prouidētie tue pio amore ꝓsequere: vt quos legitima societate cōnectis lōgeua pace custodias. Per dominū.

Post missam benedicatur panis ꝛ vinū vel aliud quid potabile in vasculo et gustent in nomine domini sacerdote dicente. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Bene ✠ dic domine panem istum ꝛ hunc potum ꝛ hoc vasculum sicut bndixisti quinqꝫ panes in deserto et sex hydrias in chana galilee vt sint sani ꝛ sobrij atqꝫ immaculati omnes gustātes ex eis saluator mundi. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate

spūssancti de⁹. ¶ Nocte vero sequēte cū ipsi sponsus & sponsa ad lectū puenerint: accedat sacerdos et bñdicat thalamum dicens. Dominus vobiscū. Oremus Oratio.

Bene ✠ dic dñe thalamū istū et oēs habitātes in eo vt in tua pace cōsistant & in tua volūtate permaneāt: & in amore tuo viuāt & senescāt & multiplicētur in lōgitudinē dierū. Per dñm. ¶ Item benedictio super lectum cum Dominus vobiscum. Oremus.

Bene ✠ dic domine hoc cubiculū respice qui nō dormis neq3 dormitas. Qui custodis israel/custodi famulos tuos i hoc lecto quiescētes ab omnib⁹ fantasmaticis demonum illusionibus: custodi eos vigilantes vt in preceptis tuis meditentur dormientes/ et te per soporem sentiāt: vt hic et vbiq3 defensiōis tue muniantur auxilio. Per dominum. Deinde fiat benedictio super eos in lecto tantū cū. Oremus. Bñdictio.

Bene ✠ dicat de⁹ corpora vestra & aīas vestras: & det sup vos bñdictionē sicut bñdixit abrahā isaac & iacob. Amen. ¶ Alia benedictio cum. Orem⁹.

Manus domini sit sup vos: mittatq3 angelū suū sanctum qui custodiat vos omnibus diebus vite vestre. Amen. ¶ Alia benedictio cum. Orem⁹.

Bene ✠ dicat vos pater et filius et spiritus sanctus: q̄ trinus est in numero: & vnus in numine. Amen. His peractis aspergat eos aqua bñdicta: & sic discedat & dimittat eos in pace.

Ordo ad seruitium peregrinorum faciendum.

Inprimis confiteantur peregrini de omnibus peccatis suis: deinde dicantur super eos coram altari prostratos psalmi et preces sequentes: et post vnumquemq3 psalmū dicatur. Gloria patri. psalm⁹. Ad te domine leuaui. & psalmus. Miserere mei.

Require in vigilia mortuorum. Psalmus.
QUi habitat in adiutorio altissimi: in protectio-
ne dei celi commorabitur. Dicet dño susceptor
meus es tu: et refugiū meū de⁹ me⁹ sperabo i eū. Qm̄
ipse liberabit me de laqueo venātiū: et a verbo aspero.
Scapulis suis obūbrabit tibi: et sub pēnis eius spera
bis. Scuto circūdabit te veritas ei⁹: nō timebis a ti-
more nocturno. A sagitta volāte in die a negotio per
ambulāte in tenebris: ab incursu et demonio meridia-
no. Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris
tuis: ad te autem non appropinquabit. Veruntamē
oculis tuis considerabis: et retributionem peccatorū
videbis. Qm̄ tu es dñe spes mea: altissimum posuisti
refugium tuum. Non accedet ad te malum: et flagel
lum non appropinquabit tabernaculo tuo. Qm̄ an-
gelis suis mandauit de te: vt custodiāt te in omnibus
viis tuis. In manib⁹ portabunt te ne forte offendas
ad lapidē pedē tuū. Super aspidem et basiliscū ambu
labis: et cōculcabis leonem et draconē. Qm̄ in me spe-
rauit liberabo eum: protegā eum qm̄ cognouit nomē
meū. Clamauit ad me et ego exaudiā eū: cum ipso sū
in tribulatione/eripiā eū et glorificabo eū. Lōgitudi-
ne dierū replebo eū: et ostēdā illi salutare meū. Gloria
pri. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pr
nr. Et ne nos. Sed libera. Ego dixi domine misere-
re mei. Sana animā meam quia peccaui tibi. Vias
suas dñs demōstret tibi. Et semitas suas edoceat te.
Gressus tuos dominus dirigat secundum eloquium
tuū. Ut nō dominētur tibi oēs iniustitie. Utinā diri
gant̄ vie tue. Ad custodiēdas iustificatiōes dñi. Perfi
ciat dñs gressus tuos in semitis suis. Ut nō moueant̄
vestigia tua. Benedict⁹ dñs de⁹ die quotidie psperū

iter faciat tibi. Deus salutarium tuorum. Angelus domini bonus comitetur tecum Et bene disponat itinera tua & actus tuos vt iterum cum gaudio reuertaris ad ppria. Beati imaculati in via. Qui ambulãt in lege dñi. Nichil pficiat inimicus in te. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere tibi. Exurge dñe adiuua nos. Et libera nos ppter nomen tuum. Dñe de⁹ virtutũ conuerte nos. Et ostẽde faciẽ tuã et salui erimus Dñe exaudi orationẽ meam. Et clamor me⁹ ad te veniat. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

ADesto dñe supplicationibus nostris & viam famuli tui N. in salutis tue prosperitate dispone: vt inter oẽs vie et vite huius varietates/tuo sẽper protegatur auxilio. Per christũ dñm. Oremus. Oratio.

DEus qui ad vitam ducis & confidentes in te paterna protectione custodis/quesumus: vt huic presenti famulo tuo N. a nobis egredienti ãgelicũ tribuas comitatum: vt auxilio tuo protect⁹ nullius mali concutiatur formidine: nullo comprimatur aduersitatis languore: nullis irruentis inimici molestetur insidijs: sed spacijs necessarii itineris proprio gressu peractis/proprijsq; locis restitut⁹ recipiatur sospes: ac debitas exoluat tuo nomini gratias. Per christũ dominum nostrum. Oremus. Oratio.

DEus qui diligentibus te misericordiam tuam semper impendis/& a seruientib⁹ tibi nulla es regione lõginquus: dirige viam huius famuli tui N. in voluntate tua: vt te protectore/te duce per iustitie semitas sine offensione gradiatur. Per dominũ nostrũ.

Hic surgant peregrini a prostratione & bñdicat sacerdos peras et baculos eorum dicens Dominum vobiscum. et Oremus. Oratio.

DOmine iesu christe qui ineffabili tua miseratione ac patris iussione spiritusque sancti cooperatione de celo descendere voluisti: ouemque perditam diabolica seductione voluisti querere/atque propriis humeris ad celestis patrie gregem referre: quique precepisti filiis matris ecclesie orando petere: bene viuendo querere: ac pulsando perseuerare: vt citius inuenire valeant salutaria premia vite. Te humiliter imploramus quatenus sanctificando bene✠dicere digneris hanc peram et hunc baculum: vt quicunque eam in tui nominis amore ad instar humilis armature lateri suo applicare: atque collo suo suspendere: siue in manibus suis gestare: sicque peregrinando suffragia sanctorum humili comitante deuotione studuerint querere: dextere tue protecti munimine peruenire mereantur ad gaudia mansionis eterne. Per te saluator mundi/qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia. &c.

¶ Hic aspergat aquam benedictam super peras et baculos et ponat singulis peregrinis peram ad collum dicens.

IN nomine domini nostri iesu christi accipe hanc peram habitum peregrinationis tue: vt bene castigatus et saluatus peruenire merearis ad limina sanctorum quo pergere cupis: et peracto itinere tuo ad nos reuertaris incolumis. Per eundem dominum. &c.

¶ Deinde tradat singulis eorum baculum ita dicens.

ACcipe hunc baculum sustentationis itineris ac laboris peregrinationis tue: vt deuincere valeas omnes cateruas inimici: et peruenire securus ad limina sanctorum quo pergere cupis: et peracto obedientie cursu/ad nos reuertaris cum gaudio. Per dominum.

Si vero aliqui illorum profecturi sunt hierusalem: tunc habeant ipsi vestes cum cruce signatas. et benedicantur cruces hoc modo. cum Dominus vobiscum. Oremus.


Deus inuicte potentie pietatis immēse atq; peregrinantium totius cōsolationis auxilium/qui famulis tuis victricia arma tribuis: quesum⁹ vt has cruces deuote humilitatis bene ✠ dicere digneris: vt venerande crucis vexillum (cuius in eis est designata figura) sit inuictissimum robur seruorum tuorum cōtra antiqui hostis nequissima tentamenta: sit in via defensio: sit in domo protectio: sit vbiq; presidium. Per dominum. ¶ Hic aspergatur aqua bñdicta super cruces: et detur singulis peregrinis sic profecturis vestis cum cruce signata dicente sacerdote.

Accipe vestimētū cruce dñi nr̄i saluatoris signatum: vt p illud salus. bñdictio ⁊ virt⁹ prospere proficiscendi ad sepulchrū ipsius te comitet. Qui cum deo patre ⁊c. His finitis dicat̄ missa pro iter agētibus

¶ Ad missam officium hoc modo incipitur.

Esto michi in de um prote ctorē et in locum refugi j vt saluum me faci as: quoniā firmamentum me um et refugium meum es tu et propter nomen tuum dux michi e ris et enutri h ies






ps. In te domine speraui non confundar in eternum:


in iusticia tua libera me et eripe me.


Oratio.

Adesto dñe supplicationib⁹ nostris/ ⁊ viã famuli tui N. in salutis tue psperitate dispone. vt inter oẽs vie ⁊ vite hui⁹ varietates tuo sẽper protegatur auxilio. Per dominũ nostrum. ¶ Lectio libri genesis

IN dieb⁹ illis. Locut⁹ est abrahã dicẽs. Dñs dei celi q̃ tulit me de domo pr̃is mei ⁊ de terra natiuitatis: q̃ locutus est michi ⁊ iurauit dicẽs. Semini tuo dabo terrã hãc: ipse mittet ãgelũ suũ corã te. Gradale











ỽ. Deus in te speraui do mine



non confun dar



in eter num. Repetatur gradale.




Alle lu ya. ỽ. Qui




ti ment do-



minum spe rent in e um: adiu-





tor et pro te ctor eo-




rum est.

Si in tēpore paschali cōtigerit: tunc erit secundum Alleluya. vnū ex sequentibus.














Vel Alleluya. Surrexit altissimus. Vel Alleluya. Christus mortuus est: Require in gradalibus. Euangelium Secundū Mattheū.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Eūtes predicate dicentes: q2 appropinquabit regnū celorum. Infirmos curate: mortuos suscitate: leprosos mūdate: demones eiicite. Gratis accepistis: gratis date. Nolite possidere aurū neq3 argētū in zonis vestris. Non peram: non calciamenta: neq3 duas tunicas habeatis: neq3 virgam. Dignus est operarius mercede


sua. In quancunque autem ciuitatem aut castellum intraueritis: interrogate quis in ea dign⁹ sit. Et ibi manete donec exeatis. Intrantes autem domum: salutate eam dicentes. Pax huic domui. Et si quidem illa domus fuerit digna: maneat pax vestra super eã. Si autẽ nõ fuerit dom⁹ digna: pax vestra sup vos reuertetur. Et quicunque nõ receperit vos/nec audierit sermones vestros: exeuntes de domo/vel de ciuitate/excutite puluerem de pedibus vestris super eam. Amen dico vobis tolerabilius erit terre sodomorum et gomorreorũ in die iudicij/quam illi ciuitati. Offertorium.











Hic offerant peregrini. Secreta.


PRopitiare quesumus domine supplicationib⁹ nostris: & has oblationes quas tibi offerim⁹ p famulis tuis benignus assume: vt viam illorũ precedẽte gratia tua dirigas: & subsequẽte comitari digneris vt de actu atq; icolumitate eorum secũdum misericordie tue presidia gaudeamus. Per dominũ. Cõmunio.



Tu mandasti mandata tu a custodi ri nimis



vtinam dirigantur vi e me e ad custo dien-



In tempore paschali dicitur.

das iusti fica tio nes tu as.



Al le lu ya al le lu ya. Postcommunio.

SUmpta q̃s domine celestis mysterij sacramẽta ad psperitatẽ itineris famuli tui proficiãt: et eũ ad salutaria cuncta pducant. Per do. Post missã dicat sacerdos has orationes sequẽtes super peregrinos coram altari prostratos: siue profecturi sint hierusalẽ: siue ad sanctũ iacobum: vel ad aliam peregrinationẽ. cum Dominus vobiscum. & cum Oremus. Oratio.

DEus infinite mie & maiestatis immense: quem nec spacia locorũ nec interualla tẽporũ ab his quos tueris abiũgũt: respice adesto his famulis tuis

expressa vt in te vbiqꝫ cōfidētibꝰ/p omnē quā ituri sūt viā ⁊ dux eis ⁊ comes esse digneris. Nichil illis aduersitatis noceat nichil difficultatis obsistat. Cuncta eis sint salubria: cūcta sit pspera: vt sub ope mie tue quicquid iuste petierint/desiderio celeri ⁊ prospero ꝯsequātur effectu. Per xp̄m. Alia oratio cū Oremꝰ. Oratio.

OMnipotens deus qui est via veritas et vita iter tuum in beneplacito suo disponat: angelū suum raphaelē in hac peregrinatione tui custodē adhibeat: qui ad loca desiderata cum pace eūdo te perducat: ⁊ cū salute iterum te ad nos redeūdo reducat. Sit interuētrix tui beata dei genitrix maria: cum vniuersis angelis ⁊ archangelis: patriarchis quoqꝫ ⁊ pphetis. Sint intercessores tui sancti apostoli petrus ⁊ paulꝰ: cū ceteris apostolis/martyribus/cōfessoribus atqꝫ virginibus. Obtineantqꝫ tibi sancti quorum queris vestigia cum omnibus sanctis/iusta desideria et prosperitatē remissionemqꝫ omnium delictorum ac vitam eternā. Per dn̄m. Deinde cōmunicentur ⁊ ita recedant i noīe dn̄i. ¶ Bn̄dictio ensis noui militis fiat hoc modo. Interim genuflectēte ipso milite corā altari: primo dicat sacerdos sine nota Dn̄s vobiscū et Oremus. Oratio.

DEus cunctorum in te sperantiū protector/adesto supplicationibus nostris: ⁊ concede huic famulo tuo qui sincero corde gladio se primo nititur precingere militari: vt in omnibus galea tue virtutis sit protectus. Et sicut dauid et iudith contra gentis sue hostis fortitudinis potētiam/victoriam tribuisti: ita tuo auxilio munitus contra hostium suorum seuitiā victor vbiqꝫ existat: et ad sancte ecclesie tutelam proficiat. Per christum dominum nostrum. Amen.

¶ Alia oratio cum Oremus.

DEus q̄ trinos gradus hostiū post lapsum ade ī toto orbe terrarū cōstituisti: quo plebs tua fidelis immunis ab omni impetu nequitie secura et quieta permaneret: adesto supplicationib⁹ nostris: et hūc ensē respice quē inuocatione tui sanctissimi nois bn̄dicim⁹ bn̄✠dicere dignare: vt famulus tuus cui eū te largiēte cōcedim⁹ ac accingim⁹/sic eo vtatur. Hic succingat sacerdos militē cū ense. quatenus et hostes ecclesie insidiātes reprimat: et se ipsū ab omni inimico tua ptectione potenter defendat. Per christū. ¶ Deinde aspergat sacerdos militem ense succinctū aqua benedicta: et recedat miles in nomine dn̄i. ¶ Benedictio carniū in die pasche cum. Domin⁹ vobiscum. et Oremus. Oratio.

DEus celi terreq̄ dominator/q̄ das escā oī carni et imples oē animal bn̄dictione: bn̄✠dic et sancti✠fica hāc creaturā carnis: vt nobis dona tua sumētibus aīe et corporis sanitatē concedas. Per xp̄m dn̄m nostrū. Amen. ¶ Alia oratio cum. Orem⁹. Oratio.

DEus q̄ vniuerse carnis es cōditor/qui noe et filijs suis de mūdis et imundis animalibus precepta dedisti: quiq̄ sicut olera herbarū humano generi quadrupedia mūda edere permisisti: et qui agnū in egypto moysi et populo tuo in vigilia pasche comedere precepisti in figurā agni dn̄i nostri iesu xp̄i/cuius sāguine omnia primogenita tibi de mūdo redemisti: et nocte illa omne primogenitū in egypto pcutere precepisti/seruans populū tuum agni sanguine prenotatū. Dignare domine deus omnipotēs bene✠dicere et sancti✠ficare has carnes: vt quicunq̄ ex populo tuo fideli ex illis comederint/oī bn̄dictiōe celesti et gratia tua saturati repleantur in bonitate. Per quē hec oīa dn̄e condita sūt et ab initio creata saluator mundi. Qui viuis et re-

gnas cum eodē filio tuo in vnitate spūs sancti. &c. Hic aspergatꝛ aqua bñdicta super carnes. &c. ¶ Bñdictio carnis casei butyri ouorum siue pastillarum i pascha cum Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

DOmine deꝰ omnipotēs: qui fecisti & creasti cuncta viuentibus tue largitatis alimoniā humanūq; genus spiritualibus escis ac poculis tuorum preceptorum terrenisq; substantijs tuorum donorū indesinenter reficis: te omnipotētem deū obnixe petimus/ vt hec dona tua carnis casei butyri vel ouorꝫ siue cuiuscunq; alteriꝰ cibi quem tu ipse creasti & nobis donasti/ perpetua claraq; benignitate sāctificare ac bene ✠ dicere digneris. Vescentibus ex eis largā tue benedictionis sanitatem in visceribus eorum clemēter colloca: et presentis vite sospitatem & future beatitudinem misericorditer indulge. Per dñm. ¶ Deinde aspergat sacerdos aquā benedictā. ¶ Benedictio nouorum fructuū quorūcunq;: cū Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.

DOmine sancte pater omnipotens eterne deus: q̄ bñdixisti quinq; panes i deserto & duos pisces vnde saturati sunt quinq; milia hominum: sic bene ✠ dicere et sanctificare digneris hūc fructum quem accipimus in tuo sancto nomine & filij tui domini nostri iesu christi: vt qui sumpserint ex eo accipiāt saturitatem mentis: protectionem corporis: tutelam salutis: securitatem spei: corroborationem fidei: & eternitatē spiritꝰ sācti. Per eundē dñm. In vnitate eiusdē. Hic aspergatur aqua benedicta. &c. ¶ Benedictio ad oia quecunq; volueris cum Dñs vobiscum. & Oremus. Oratio.

CReator & seruator humani generis: dator gratie spiritalis/ largitor eterne salutis: tu dñe mitte spiritū sanctū tuū sup hāc creaturā N. vt armata

virtute celestis defensionis quicunqꝫ ex ea gestauerint proficiat illis ad salutem: et tā corporis ꝙ̄ anime recipiant sanitatem. Per dn̄m. ¶ Hic aspergatur aqua benedicta super ea. ¶ Benedictio seminis cum Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus creator generis humani suppliciter tuam clemētiam exoram⁹: vt hoc semen quod in tuo sancto nomine satari sumus in agros nostros/celesti bn̄dictione bene✠dicere ⁊ multiplicare atqꝫ ad maturitatem perducere digneris: vt per vniuersum orbem terrarum collaudetur dextera tua. Per dominum nostrum. Deide aspergatur aqua benedicta super semē. ¶ Bn̄dictio pomorum in die sācti iacobi cum Domin⁹ vobiscum. ⁊ Orem⁹. Oratio.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus: qui ad infirmi mundi ornatum die tertia lignū pomiferum facere fructum in primo precepisti: quiqꝫ amarum vetiti pomi saporem antiqui serpētis suaue a patribus nostris gustatū vnigeniti filij tui domini nostri iesu christi passiōe salutari non sentire posteros filios naturaliter voluisti/a quo sanitas ⁊ omne medicamentum venit: quesumus inenarrabilem pietatem tuam vt hunc nouorū pomorū fructū tuo conspectui oblatum bene✠dicere ⁊ sancti✠ficare digneris: quatenus sancti apostoli tui iacobi et martyris tui christofori (quorum hodie festa celebramus) omniumqꝫ sanctorum tuorum meritis ac precib⁹: quicūqꝫ fideles tui cum gratiarū actione ex eo gustauerint/sanitatē mētis ⁊ corporis operante in eis spiritu sancto percipere mereantur. Per eūdem dominum. In vnitate eiusdē spiritus sancti deus. ⁊c. Item benedictio pomorum cum Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

Te deprecamur omnipotens de⁹/ vt bene✠dicas hunc fructum nouorum pomorum: vt qui esu arboris letalis et pomo in primo parente iusta funeris sententia mulctati sumus: per illustrationẽ vnici filij tui redemptoris dei ac domini nostri iesu christi et spiritus sancti benedictionem sanctificata sint omnia atq; benedicta: depulsisq; primi facinoris intẽtatoris insidijs/ salubriter ex huius diei anniuersaria solẽnitate diuersis terris edenda germina sumam⁹. Per eundem dominum. In vnitate eiusdem. ¶ Deinde sacerdos aspergat ea aqua benedicta. ¶ Benedictio elemosine cum Dominus vobiscum. ꝛ Orem⁹. Oratio.

Deprecor te dñe sancte pater omnipotẽs eterne deus/ vt istam elemosinam bene✠dicere et sanctificare digneris p anima famuli tui N. ad remediũ ꝛ remissionem peccatorum suorum: vt in luce tue amenitatis sine fine letetur. Per dominũ nostrũ. Deinde aspergat sacerdos super eam aquam benedictam.

¶ Benedictio panis in diebus dominicis. In primis sacerdos legat euangelium secundum iohannem. In principio et postea dicat V. Sit nomen domini benedictum. R. Ex hoc nunc et vsq; in seculũ. Deinde dicat sic. Dominus vobiscum. ꝛ Oremus. Oratio.

Bene✠dic dñe creaturã istam panis sicut benedixisti quinq; panes i deserto: vt oẽs ex eo gustãtes tã corporis quam anime accipiãt sanitatẽ. In nomine pris ꝛ filij. Tunc aspergatur aqua benedicta super panem ꝛ distribuatur. ¶ Benedictio scuti ꝛ baculi ad duellũ faciendum. In primis dicat sacerdos prostratus ante altare psalmos sequẽtes cum Gloria patri. pugnator⁹ iterum genuflectẽte retro sacerdotem. ps. Deus in adiutorium. require in visitatione infir-

morū. ps. Iudica dn̄m. ps. Iudica dn̄e nocētes me. ps. Qui habitat. vts. i officio pegrinor. ps. Quicūq vult. an. Ne reminiscaris dn̄e delicta nr̄a. Kyrie eleyson. Christe eleysō. Kyrie eleyson. Pr̄ nr̄. Et ne nos Sed libera. Dn̄e nō secūdū peccata nostra facias nobis. Neq secūdū iniqtates nostras retribuas nobis. Dn̄e ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū. Cito anticipēt nos mie tue: q2 pauperes facti sum⁹ nimis. Adiuua nos deus salutaris noster. Et propter gloriam nominis tui dn̄e libera nos/et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Saluū fac seruum tuum. De⁹ meus sperātē in te. Mitte ei dn̄e auxilium de sancto. Et de syon tuere eum. Esto ei domine turris fortitudinis. A facie inimici. Conuertere domine vsq quo. Et deprecabilis esto super seruū tuum. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Orem⁹. Oratio.

Omnipotens sempiterne de⁹ qui mundū ex informi materia fecisti: & vnicum filium tuū tibi coeternum p generis humani redēptione (spū sctō cooperante) incarnari atq de hoste antiquo triumphare fecisti: te suppliciter petim⁹ vt hoc scutū respice atq baculū istum dextera potētie tue bene✠dicere digneris: vt sint arma inuincibilia/ atq triumphare potētia & te adminiculante victricia: quaten⁹ quicunq his armis pugnauerit/tua protectione munit⁹ tā corporis q̄ aie salutem percipiat: atq victoriosum de hoste reportās tropheum bello peracto tibi creatori oim gratias referat: cū filio tuo domino nostro iesu christo qui tecum & cum eodē spū sācto viuit & regnat deus. Per oīa. &c. Hic aspergat sacerdos scutum & baculū aqua benedicta. deinde resurgenti pugnatori: tradat ei sa-

cerdos scutũ dicendo. Accipe hoc scutum ad corporis tui protectionẽ. In noie patris. &c. Item dicat sacerdos. Protegat te xp̃s fili⁹ dei viui. Amẽ. Deinde tradat ei sacerdos baculum dicens Accipe hunc baculũ ad hoc duellũ preparatum: cũ quo valeas tibi rebellãtem prosternere & resurgentem cõterere/ habeasq; victoriam. In noie p̃ris. &c. Deinde tenẽs pugnaturus scutũ & baculũ iterum genuflectat corã altari dicente super eum sacerdote. Dñs vobiscũ. & Orem⁹. Oro.

Confortator & corroborator sustẽtamẽtũq; tuorum fidelium/ adonay indeficiens interminabilis ienarrabilis pater eterne deus: q̃ gẽtes magnas et reges fortes coram populo tuo israel destruxisti & vicisti: quiq; puero tuo dauid de gygante te blasphemãte atq; in sua virtute confidente triumphare concessisti: te supplices exoram⁹ vt hũc famulũ tuũ N. in te confidentẽ bñdicere/ adiuuare/ protegere/ cõfortare & cõseruare: atq; sanctorũ tuorũ angelorũ cũ presidio vallare digneris. Presta ei domine fidem rectam spem firmã/ cordis fiduciã/ corporis fortitudinẽ/ omniũq; mẽbrorum valitudinẽ: quatenus te adiuuante hostẽ prosternere: atq; victoriam capessere mereatur: tibiq; soli deo omnipotenti (bello triumphaliter peracto) gratias & laudes referat. Per christũ dñm nostrũ. Amen.

¶ Dein sacerdos dãs ei bñdictionẽ dicat hoc modo.

Confortare & esto robust⁹: spera in domino/ fac bonitatem & noli obliuisci omnes retributiões eius. Ipse det tibi vitam & victoriam & bene✠dictionẽ in seculũ seculi. Amen. Bene✠dicat te de⁹ pater. Amen. Custodiat te iesus christus. Amẽ. Cõfortet te spũs sanct⁹. Amẽ. Prestet tibi victoriã trin⁹ & vn⁹ deus qui viuit & regnãt per oĩa secula seculor. Amen.

Deinde aspgat sacerdos cū aqua bndicta & ita recedat in noīe dñi. ¶ Bndictio oculoꝝ īfirmoꝝ potest fieri in hūc modū si necessitas inducat & deuotio alicui⁹ illā deposcat. In primis genuflectat infirmus coram altari Deinde dicat sacerdos. Dñs vobiscū. & Oremꝰ. Oro.

DOmine iesu christe qui aperuisti oculos ceci nati: serena huius famuli tui oculos dās in eis visum perspicacem sufficientem idoneum competētem in obsequium tuum: per virtutem huius sacramēti & per signum sancte crucis tue. Hic signet sacerdos oculos infirmi signo sancte crucis cum corporalibꝰ / & cū eisdē ventilet in oculis eius dicens. In nomine patris et filij et spiritus sancti. Amē. ¶ Benedictio nauis cū Dominus vobiscum. et cum Oremus. Oratio.

DEus cuius prouidentia vniuersa regūtur & cōseruantur: q̄ dominaris potestati maris & mitigas motum fluctuū eius: qui noe famulo tuo ne genꝰ humanum periret in diluuio arcam facere precepisti: qui ventis & tempestatibus imperas & obediūt: qui petrū sup aquas maris ambulātē ne mergeretur erexisti. Tuam dñe clementiam obnixe petimus & humiliter imploramꝰ: quatenꝰ hanc nauiculā per virtutē sancte crucis / & per intercessionē gloriose marie semp virginis / & omniū sanctorū tuorū: tua dextera digneris bñ ✠ dicere omnesq; insidias hostiū visibiliū & inuisibiliū ab ea repellere: vt in ea sub tua protectione nauigantes / nullis illudātur fantasmatibꝰ: nullis deijciātur aduersis. Nō eos vorago terribilis sorbeat: nō tēpestas impellat: nō frangat scopulus: nō inuadat aduersarius: sed vniuersis expediti terroribꝰ / nomē tuū collaudātes ad propria cū gaudio reuerti mereātur. Per te saluator mūdi: qui cū deo patre & spiritu sācto

viuis et regnas deus: per oīa secula seculorum. Amen
Deinde aspergatur nauis aqua benedicta.

OMni die per annum de quocunqꝫ fiat seruitium nisi in diebus veneris ⁊ quando ieiunium est preceptum: vt in vigilijs/quatuor tēporibus/ ⁊ ferialibꝰ diebus infra quadragesimā: ⁊ nisi per ebdomadā pasche/dicantur benedictiones ante prandium hoc modo. In primis dicat sacerdos. Bndicite. ℟. Dominꝰ. ꝑ. Oculi omnium in te sperant dñe: ⁊ tu das escam illoꝝ in tēpore opportuno. Aperis tu manum tuam: ⁊ imples omne animal benedictiōe. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleison. Xp̄e eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Deinde dicat sacerdos. Et ne nos inducas i tē tationem. ℟. Sed libera nos a malo. Sacerdos. Oremꝰ. Bene✠dic dñe nos ⁊ dona tua que de tua largitate sumꝰ sumpturi. Per xp̄m dñm nostrū. ℟. Amē. Lector. Jube dñe bndicere. Sacerdos. Mense celestis participes faciat nos rex eterne glorie. Amen. Lector. Deus charitas est: ⁊ q̄ manet in charitate in deo manet/et deus in eo. Sit deꝰ in nobis et nos maneamꝰ in ipso. ℟. Amē. Hec predicta lectio nō mutatur per totū annū quando predicte bndictiōes dici debent ante prandium nisi in dominicis paschalis temporis tantū: tūc enim dicatur sequens lectio. Expurgate vetꝰ fermētum vt sitis noua conspersio sicut estis azimi: etenim pascha nostrum immolatus est christus. Itaqꝫ epulemur in domino. Deinde post prandium dicat sacerdos hoc modo. Deus pacis ⁊ dilectionis maneat semꝑ nobiscū: tu aūt domine miserere nostri. ℟. Deo gratias. ꝟs. Confiteātur tibi domine oīa opera tua: ⁊ sancti tui benedicāt tibi. Gloria patri. Sicut erat. Deinde dicat sacerdos capitulū. Agimus tibi gratias omni

potens deus pro vniuersis beneficijs tuis/qui viuis & regnas deus:per omnia secula seculorū. Amen. Deinde dicatur sequens ps̄. sacerdote incipiente. Laudate dominum omnes gētes:laudate eum omnes populi. Quoniā cōfirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternū. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson Pater noster. Et ne nos. Sȝ libera. Dispersit dedit pauperib⁹. Justitia ei⁹ manet in seculū seculi. Benedicam dn̄m in omni tempore. Semper laus ei⁹ in ore meo. In dn̄o laudabitur anima mea. Audiant mansueti & letentur. Magnificate dn̄m mecum. Et exaltemus nomen eius in idipsum. Sit nomen dn̄i bn̄dictū Ex hoc nunc & vsq; in seculum. Deinde dicat sacerdos sine Oremus. Retribuere dignare domine de⁹ omnibus nobis bona facientibus propter nomen sanctum tuum vitam eternam. Amen. Benedicam⁹ domino. Deo gratias. Deinde dicat sacerdos de sancta maria aliqua antiphona ad placitum cū versiculis et oratione de eadem que magis tempori conueniant: quibus dictis dicatur pro fidelibus defunctis. Psalmus.

De profundis clamaui ad te domine:domine exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendētes/in vocem deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris domine/dn̄e quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est/et ꝑpter legē tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in verbo eius/sperauit anima mea in dn̄o. A custodia matutina vsq; ad noctē/speret israel in dn̄o. Quia apud dominū misericordia et copiosa apud eum redēptio. Et ipse redimet israel/ex omnib⁹ iniquitatib⁹ ei⁹. Finito psalmo non dicat Gloria patri. sed statim sequat. Kyrie eleysō. Christe

eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Requiem eternam dona eis domine Et lux perpetua luceat eis A porta iferi. Erue domine animas eorum. Credo videre bona dñi. In terra viuẽtium. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oro.

Absolue q̃s domine animas famulorũ famularumqꜫ tuarum parentum parochianorũ amicorum ꝛ benefactorũ nostrorũ ꝛ omniũ fideliũ defunctorũ: vt i resurrectionis gloria inter sãctos ꝛ electos tuos resuscitati respirent. Per christũ dominũ nostrũ. Amen. Requiescant in pace. Amẽ. Deinde dicat sacerdos. Benedicite. ℞. Dñs. Sacerdos. Det viuis gratiam: defũctis miam: ecclesie ꝛ regno pacem: et nobis vitam eternam. Amen. Et dicatur psalmus. De profũdis clamaui ad te domine. in fine gratiarum post prãdium omni die per annũ de quocũqꜫ fiat seruitiũ nisi i duplicibus festis principalibus. Ante cenam vero per totum annũ fiant benedictões hoc modo sacerdote dicẽte. Bñdicite. ℞. Dñs. Sacer. Cenam sanctificet q̃ nobis oĩa prebet. In noĩe patris ✠ ꝛ filij ꝛ spiritus sãcti. Amẽ. Deide post cenã per totũ annũ nisi per ebdomadam pasche: dicat sacerdos hoc modo. Benedictus deus in donis suis. ℞. Et sanctus i oĩbus operibus suis. Adiutoriũ nostrũ i noĩe dñi. ℞. Qui fecit celũ ꝛ terrã. Sit nomẽ dñi bñdictum. ℞. Ex hoc nũc ꝛ vsqꜫ i seculum. sequatur oratio sine Oremus sic Retribuere dignare. cum ãtiphona de sancta maria/ vt supra post prãdiũ. Nũq̃ autẽ dicatur ps. De profũdis. post cenã secũdũ vsũ Sar. Quãdocũqꜫ fuerit ieiuniũ p̃ceptũ vt in vigilijs ꝛ quatuor temporibus et in omnibus ferialibus diebus ĩfra quadragesi. de quocũqꜫ fiat seruitiũ dñicis diebus tãtum exceptis: ac in omni die veneris p annũ

quodcūqꝫ festū duplex vel simplex ibidē cōtigerit: nisi in die natalis domini ⁊ per ebdomadam pasche/dicātur benedictiones ante prandium hoc modo. Benedicite. R. Dominus. Edent pauperes ⁊ saturabūtur et laudabunt dn̄m qui requirūt eum: viuēt corda eoꝝ in seculū seculi. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleysō. Christe eleysō. Kyrie eleyson. Pr̄ nr̄. Et ne nos. Sed libera nos a malo. Oremꝰ. Benedic domine nos. vts. Jube dn̄e benedicere. Sacerdos. Cibo spiritualis alimonie reficiat nos rex eterne glorie. Amē. Lect. Gratia dn̄i nostri iesu xp̄i ⁊ charitas dei ⁊ cōmunicatio sācti spiritus sit semp̄ cū omnibus nobis. Amen. ¶ Hec predicta lect. non mutat̄ p̄ totū annū quādo iste bn̄dictiones dici debeant ante prandiū: nisi in ferialibꝰ diebus infra quadragesi. tūc eīn dicatur hec lectio. Frange esurienti panem tuū: et egenos vagosqꝫ induc ī domū tuam. Cum videris nudum operi eum: et carnem tuā ne despexeris. Ait dn̄s omnipotēs. Similiter ī vigilia pasche dicitur hec lectio. Si consurrexistis cum christo que sursum sūt querite vbi christꝰ est ī dextera dei sedens. Deinde post prādiū dicat sacerdos hoc modo. Deus pacis et dilectionis. vts. p̄s. Memoriā fecit mirabiliū suorū misericors ⁊ miserator dn̄s: escam dedit timētibꝰ se. Gloria patri. Sicut erat. Cp̄m. Agimus tibi gratias. p̄s. Laudate dn̄m omnes gentes. Quoniā confirmata. vts. Iste p̄s predictus non mutatur per totum annum nisi in ferialibus diebus īfra quadragesimā: tūc eīn loco eius dicitur p̄s. Miserere mei. j. per totam quadragesimam de quocūqꝫ fit seruitium: ⁊ ratio qꝛ huiusmodi benedictiones sūt de natura temporali/et non sanctorum. Deinde fiant oīa vts post prādiū in alio tp̄e. Tamē ī vigil. pasche nō d̄r p̄s.

Miserere. sed ps. Laudate dn̄m oēs gentes. quo dicto dicat sacerdos Domin⁹ vobiscū. & Oremus. Oratio.

Spiritū nobis domine tue charitatis infūde/ vt quos sacramentis paschalibus satiasti/ tua facias pietate concordes. Per eundem dn̄m nostrū iesū christū filiū tuum. &c. in vnitate eiusdē spūs sancti deus per oīa scl'a seculoꝝ. Amen. Dn̄s vobiscū. Et cū spiritu tuo. Benedicamus dn̄o. Deo grās. ¶ In die pasche & per totam ebdomadam fiant benedictiōes ante prandiū hoc modo. Bn̄dicite. Dn̄s. Hec dies quā fecit domin⁹/ exultemus & letemur in ea. Gloria patri. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater nr̄. Et ne nos. Sed libera. Orem⁹. Benedic domīe nos. Jube domine benedicere. Mēse celestis. Lect. Expurgate vetus fermētum. vt s̄. Deinde post prandium dicat sacerdos hoc modo. Qui dat escā omni carni/ confitemini deo celi. Tu autem dn̄e miserere nostri. Deo grās. ps. Laudate dn̄m oēs gentes. Quoniam confirmata est super nos. Gloria p̄ri. Sicut erat. V⁹. In resurrectione tua christe. R. Celi et terra letentur alleluya. Dominus vobiscum. Oremus. Spiritum nobis. vt s̄. Benedicamus domino. Deo gratias. Ante cenam fiant benedictiones vt s̄. deinde post cenam dicat hoc modo. Hec dies quam fecit dominus. V⁹. In resurrectione tua christe. R. Celi & terra letentur. Dominus vobiscum. Orem⁹. Spiritum nobis domine. vt supra. Benedicamus domino. Deo gratias.

Qualiter hi q̄ ad ordinē anachoritarū accedūt/ accedere siue se habere debeāt/ sequētia scd'z vlū sarisbu. declarabūt. Nō oportet quēq̄ iclusū fieri sine episcopi cōsultu: sed ab epō aut aliquo alio presbytero erudiatur ac moueatur: quatenus ipse deuotus cōsciē

tiā suā scrutetur: ac videlicet vtrū bona itētione aut ma la sāctitatē appetit: si deo placere aut lucrū siue laudē humanā acqrere affectat: deniqꝫ an vires ei ⁊ ꝯstātia mētis suppetāt cōtra maligni hostis versutias: ⁊ contra hui⁹ mūdi innumerabiles molestias. Que cū se ꝓ regno dei toleraturū ⁊ in deo solo spē positurū ꝓmiserit/ includat eū eps aut presbiter iussu epi. Ipse vero inclusu discat nō supbe sapere qm̄ meruit frequentia hoim separari: sed ifirmitati sue potius credat esse ꝓmisū aut consultū ꝙ elongat⁹ est a consortio primorꝝ: ne crebri⁹ peccādo ac se ꝑditioni mācipādo cohabitātes cōtaminaret/ ⁊ ob hoc i dānationē graviorē icideret. Reputet ergo se inclus⁹ quasi pctis dānatū ⁊ celle solitarie velut carceri traditum/ et ꝓpter infirmitatē propriā hoim cōsortio indignū. Hec regula in vtroqꝫ sexu seruet. Incipit ordo famulos vel famulas dei includendi. Hic prouideat sibi includendus est ꝙ de omnib⁹ peccatis suis que memorie sue ocurrere possit sit confessus/ ⁊ ꝙ in die diem inclusionis precedente pane ⁊ aqua tātū reficiatur. In nocte vero sequente in monasterio iclusorio suo vicino cū cereo suo accēso deuote in orationib⁹ vigilare tenetur. In crastino facta exhortatione ad populum ⁊ ad eum qui includend⁹ est/ episcopus vel sacerdos incipiat hoc responso.

Chorus ꝓsequatur

Emendemus in me li us que ignoran-

ter pec caui mus ne su bito preoc cupa ti

die mortis queramus spaci um penitentie et inue=

nire non possi mus. Attende domi ne et mi=

sere re quia pecca uimus ti bi.

℣. Ad iuua nos deus salutaris no ster: et pro=

pter gloriam nominis tui domine libe=

ra nos. Attende domi ne.

¶ Postea prosternẽs se epũs vel sacerdos super tapetũ ante altare cũ clericis incipiat hos psalmos. Dñe ne i furore. j. Dñe dñs noster. cum Gloria patri. Psalm⁹.

Exaudiat te dñs i die tribulationis: ptegat te nomẽ dei iacob. Mittat tibi auxiliũ de sancto: ⁊ de syon tueat̃ te. Memor sit omnis sacrificij tui: et holocaustum tuum pingue fiat. Tribuat tibi secũdũ cor tuum: et omne consilium tuũ confirmet. Letabimur

in salutari tuo: ⁊ ĩ nomine dei nostri magnificabimur
Impleat dominus omnes petitiones tuas: nunc co-
gnoui quoniam saluum fecit dominus christum suũ.
Exaudiat illum de celo sancto suo: in potẽtatibus sa-
lus dextere eius. Hi in curribus ⁊ hi in equis / nos autẽ
in nomine dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sũt
et ceciderunt / nos autem surreximus et erecti sumus.
Domine saluum fac regẽ / ⁊ exaudi nos in die qua in-
uocauerimus te. Gloria patri. ps. Beati quorũ. ps.
Iudica dñe nocentes me: expugna ⁊c. ps. Domine
ne in furore .ij. ps. Beatus qui intelligit. ps. Iudica
me deus ⁊ discerne. ps. Miserere mei deus secundum.
ps. Domine exaudi orationem meam .ij. Psalmus.
Benedic anima mea domino: ⁊ omnia que intra
me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea
domino / et noli obliuisci omnes retributiones eius.
Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis / qui sa-
nat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interi-
tu vitam tuam / qui coronat te in misericordia et mise-
rationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum / re-
nouabitur vt aquile iuuentus tua. non dicitur vlterius.
ps. De profũdis. ps. Dñe nõ est exaltatũ. ps. Dñe exau-
di .iij. His dictis sequatur. Kyrie eleison. Xpe eleisõ. Ky-
rie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Sal-
uum fac seruũ tuũ vel ancillã tuã. Deus meus sperã-
tem in te. Nichil proficiat inimicus in eo. Et filius ini-
quitatis nõ apponat nocere ei. Esto ei domĩe turris
fortitudinis. A facie inimici. Mitte eis domĩe auxiliũ
de sancto. Et de syon tuere eũ. Dñe exaudi orationẽ
meã. Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiscũ. Oremus
Parce domĩe parce populo tuo R quẽ redemisti
christe sanguine tuo / ⁊ ne in eternũ irascaris ei.

Qui viuis. &c. ¶ Alia oratio cum Oremus. Oratio.

DEus infinite misericordie et bonitatis immense/propiciare iniquitatibus eius & omnibus anime eius medere languoribus: vt peccatorũ suorum remissione percepta semper in tua benedictione letetur. Per christum. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus miserere famuli tui N. et dirige eũ secũdum clemẽtiam tuã in viã salutis eterne: vt te donãte tibi placita cupiat & tota virtute proficiat. Actiones nostras quesumus dñe aspirãdo preueni et adiuuando prosequere: vt cuncta nostra operatio a te semper incipiat/et per te sẽper finiatur. Per dñm. His itaque peractis induat se casula eps vel sacerdos & statim missa de quocũque voluerit incipiatur. Ita quod hec sequẽs oratio dicatur pro includẽdo & dicatur sub vno Per dominum. et sub vno Oremus. Oratio.

DEus qui iustificas impium & nõ vis mortẽ peccatoris maiestatem tuam suppliciter deprecamur: vt famulum tuum N. de tua pietate cõfidentem celesti protegas benignus auxilio: & assidua protectione conserues/vt tibi iugiter famuletur: & nullis tẽtationibus a te separetur. Per dominum. Post euangel. offerat includendus cereum suum qui super altare ad missam semp ardeat. Et stet includẽdus ante gradum altaris & legat apertã voce professionẽ suã. Si laicus fuerit legat aliquis pro eo. Professio vero talis erit.

EGo frater vel soror. N. offerẽs trado meipsum diuine pietati in ordine anachoritano seruiturũ: et secundum regulam ordinis illius in seruitio dei amodo per graciam diuinam et cõsilium ecclesie promitto me permansurum: et patribus meis spiritualibus obedientiam canonicam exhibiturum. Et faciat inclu-


vendus signum crucis cum penna super schedulam professionis sue: et ponens eam super altare flexis genibus oret: episcopo vel sacerdote incipiente hoc modo. Afi[...]

Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo sancto tuo quod est in hierusalem alleluya alleluya. Exurgat.

Postea episcopus vel sacerdos dicat Oremus. Oratio.

Deus qui famulum tuum a seculi vanitate conuersum ad superne vocationis amorem accendis: pectora illius purificando illabere / et gratiam quam in te perseueret infunde: vt protectionis tue munitus presidio que te donante promisit impleat: et sue professionis executor effectus / ad ea que perseuerantibus in te dignatus es promittere perueniat. Per christum. Post hec episcopus vel sacerdos benedicat cum hac oratione habitum professo congruum. Signum domini nostri iesu christi damus super hanc vestem ad custodiendum propositum: et vt spiritus sanctus regnet in corde et in corpore et in omnibus operibus suscipientis. Per eundem christum dominum nostrum. Amen. Postea aspergat super suscipientem et habitum aqua benedicta et cum debet in habitum induere dicat. Exuat te deus veterem hominem cum actibus suis: et induat te deus nouum hominem qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. Et respondeant omnes Amen. Induatus cum habitu includendus et sta[...]

rum prosternat se ante gradum altaris: et sic in oratione prostratus permaneat donec ad epo vel sacerdote ad communionem vocetur. His itaqz peractis: eps vel sacerdos super prostratum cantando incipiat hunc hymnum.

Veni creator spiritus/mentes tuorum visita: imple superna gratia: que tu crea sti pectora.

Qui paraclitus diceris donum dei altissimi: fons viuus ignis charitas et spiritalis vnctio. Tu septiformis munere dextre dei tu digitus: tu rite promissum patris sermone ditans guttura. Accende lumen sensibus: infunde amorem cordibus: infirma nostri corporis virtute firmans perpeti. Hostem repellas longius/pacemqz dones protinus: ductore sic te preuio vitemus omne noxium. Per te sciamus da patrem noscamus atqz filium te vtriusqz spiritum credamus omni tempore. Sit laus patri cum filio/sancto simul paraclito: nobisqz mittat filius charisma sancti spiritus. Amen. ℟ Emitte spiritum tuum et creabuntur. ℣ Et renouabis faciem terre. Dns vobiscum. Et cum spu tuo. Oremus. Oratio.

Deus qui non vis mortem peccatoris sed penitentiam et emendationem semper desideras/misericordie clementiam suppliciter imploramus: vt huic famulo tuo secularibus actibus renunciare ... tue pietatis gratiam ... dignaueris ... castris tuis insertus ... stadium vite presentis percurrere valeat: vt brauium eterne remunerationis te

donante percipiat. Per xp̃m. ¶ Post hec ep̃s vel sacer
dos pergẽs ad altare missa finiet: pro includẽdo. Se
Huius q̃s dñe virtute mysterij: et a proprijs nos
mũda delictis: & famulũ tuum N. ab omnibus
absolue peccatis. Per dñm nostrum. Postcõmunio.
Purificent nos domine sacramenta que sumpsi
mus: et famulũ tuũ N. ab omni culpa liberum
esse concede: vt qui conscientie reatu constringitur/ce
lestis remedij plenitudine glorietur. Per dominum.
¶ Post q̃ ipse ep̃s vel sacerdos cõmunicat[9] fuerit/no
uum includendũ cõmunicet. Missa finita tradatur ce
reus prefatus includẽdo: & ordinata p̃cessione ep̃s vel
sacerdos casulatus incedat: & includẽdum portantem
cereũ suũ per manũ accipiat et honeste secum ad ha
bitaculum suum deducat. Clerici interim letaniam so
lẽniter precedẽtes cantent. Cum autem ad habitacu
lum peruẽtũ fuerit: finita letania ep̃s vel sacerd. inclu
dendũ extra habitaculum dimittat/& solus in habita
culũ iducat incipiendo cum aqua bñdicta. ãn. Asper
ges me, vel Uidi aquam, prout ep̃s exegerit. postea sã
ctificet & bñdicat habitaculum per oratiões sequẽtes.
Hec oratio dicatur super altare cum Oremus. Oratio.
Domine sancte pater & clemẽs/cuius nec initiũ
nec finis aduertitur: qui tantus es quãtus esse
voluisti. s. sãctus atq̃ mirabilis. Deus cuius maiesta
tem elementa nõ capiũt: te benedicimus/te supplices
deprecamur: vt sit altare hoc sicut illud quod abel salu
taribus mysterijs in passiõe precursor iugulat[9] a fra
tre nouo sanguine imbuit/et sacrauit. Sit tibi dñe al
tare hoc sicut illud quod abrahã pater noster qui te vi
dere meruit fabricauit: & quo sũmus sacerdos melchi
sedech sacrificij nomẽ triumphalis expressit. Sit tibi

altare hoc sicut illud quod moyses septem dierum purificatione mundauit/et celesti tertio alloquio sanctū vocauit. Sicut locutus es ad eum dicens. Si quis tetigerit altare hoc/sanctificatus habeatur. In hoc ergo altari iuguletur luxuria: omnisqȝ libido feriatur. Offeratur pro turturib⁹ sacrificiū castitatis: pro pullis columbarum innocentie sacrificiū. Per dominum nostrum etc. Benedictio super domum. Oremus.

Adesto domine supplicationibus nostris: et hāc domum serenis oculis tue pietatis illustra. Descendat super habitantes: in ea gratia tue pietatis larga benedictio: vt in his manu factis habitaculis cum sobrietate manentes/ipsi tuum semper sint habitaculum. Per christum dominum nostrum. Amē. Alia oratio cum Oremus. Oratio.

Exaudi dn̄e sancte pater omīs eterne deus: vt si qua sint aduersa/si qua cōtraria ī hac domo famuli tui N. auctoritate maiestatis tue pellantur. Per dominum nostrum iesum xp̄m filium tuum: qui tecū viuit et regnat in vnitate. Alia cum Orem⁹. Oratio.

Bene✠dic domine domū istam et locum istum: vt sit in ea sanitas: sāctitas: castitas: virtus: victoria: sanctimonia: humilitas: lenitas mansuetudo: plenitudo legis et obedientia deo patri et filio et spiritui sancto: et sit super locum istū et super omnes habitātes in eo tua larga bene✠dictio: vt in his manu factis habitaculis cum sobrietate manentes/ipsi tuum sint semper habitaculum. Per dominū nostrū iesum christum filium tuum: qui tecū viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. His predictis exeat episcop⁹ vel sacerdos et introducat includendum portantem cereum suum incipiendo hoc responsorium.

Chorus prosequatur.

Regnum mundi et omnem ornatum seculi contempsi propter amorem domini mei iesu christi. Quem vidi quem amavi quem credidi quem dilexi. V. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Quem vidi.

Quo cantato cum versu: episcopus vel sacerdos dicat Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Rogamus te domine sancte pater omnipotens eterne deus: ut super hunc famulum tuum spiritum benedictionis tue infundere digneris: ut celesti munere ditatus et tue maiestatis dona possit acquirere: et bene vivendi aliis exempla prebere. R. Amen.


¶ Item alia benedictio super eum.

Dominus iesus christus apud te sit: vt te defendat. Amen. Intra te sit vt te reficiat. Amen. Circa te sit vt te conseruet. Amē. Ante te sit vt te ducat. Amen. Super te sit: vt te benedicat. Amen. Qui cum deo patre et spiritu sancto viuit et regnat in vnitate. &c.

Alia benedictio.

Bene ✠ dicat te deus pater. Amen. Conseruet te dei filius. Amen. Illuminet te spiritus sanctus. Amen. Corpus tuum custodiat. Amen. Animam tuam saluet. Amē. Corpus tuū irradiet. Amē. Sensum tuum dirigat. Amen. Et ad supernam vitam te perducat. Amen. Qui in trinitate perfecta viuit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Post hec episcopꝰ vel sacerdos de domo exeat: inclusꝰ solus remaneat per totum/summum et continuū obseruans silentium: et sic de foris firmiter claudatur: et interim voce sonora incipiat episcopus vel sacer. antiphonam hoc modo.



Suscepimus deus misericordiam tuam: in medio



templi tui. ps. Magnus dominus. ps. Laudate dn̄m oēs gētes. ps. Lauda hierl'm. ps. Laudate dn̄m in sc̄tis eiꝰ. cū Gloria pr̄i. repetat ā. Suscepimꝰ deꝰ. Finita ān. faciat episcopus vel sacerdos oēs pro eo orare: aut teneᷤ omnipotens deꝰ pro cuius amore illo mundum reliquit/ et in illo strictissimo carcere includi sese fecit: ita ipsum in seruitio suo conseruet et

confirmet: vt post mortem cum eo in eternum videre valeat. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Ostende nobis domine misericordiam tuam. Fiat pax in virtute tua. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

PRotege domine quesumus famulũ tuum: & intercedente gloriosa virgine maria cũ oib9 sanctis tuis/ gratie tue in eo dona multiplica: vt ab oibus liber offensis/ & tẽporalibus nõ destituatur auxilijs: & sempiternis gaudeat institutis. Per christũ. Orem9.

DEus cui omne cor patet: et omnis voluntas loquitur: & quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri: vt te perfecte diligere et digne laudare mereamur. Per christum dominum nostrum. Amen. Oremus.

OMnipotẽs sempiterne de9 dirige actus nostros in bñplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abũdare. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia.

¶ Deinde recedant omnes pergẽtes in ecclesiam: choro canente aliquod ℟. cum suo versiculo de sancto in cui9 nomine et honore fundata est ecclesia: et finiatur ad gradum chori: dicente sacerdote ℣9. et orationem de eodem & si fuerit ecclesia de sancta maria/ tunc dicatur hoc Responsorium.

Felix namq3 es sacra virgo ma ri a & om-

ni laude dignis si ma

Quia ex te or[tu]s est sol iusti ti e

christus de us no ster. Tpe pasch. Al le-

lu ya. V. Ora pro populo interue-

ni pro clero interce de pro deuoto femineo se xu: sen

tiant omnes tuum leuamen quicunq[ue] celebrant tuam

commemo ra ti o nem. Qui a ex te ortus.

V. Sancta dei genitrix virgo semper maria. Oratio.

Concede quesumus misericors deus fragilitati nostre presidium: vt qui sancte dei genitricis et virginis marie commemorationem agimus/ intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem christum dominum nostrum. Amen.


¶ Benedictio agni paschalis ouorum et herbarum in die pasche. Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo. Oremus Oratio.


DEus celi terreq; dominator: qui das escam omni carni: et reples omne animal benedictione ✠ benedic ✠ et sancti ✠ fica hāc creaturā agni paschalis: et nobis dona tua sumentibus anime et corporis sanitatem concede. Per christum dominum nostrum.

DEus q̄ vniuerse carnis es cōditor: qui noe et filijs suis de mūdis et immūdis aīalibꝰ p̄cepta dedisti: q̄q; sicut ova et olera herbarum humano generi et quadrupedia munda edere p̄misisti: et q̄ agnū paschalē in egypto moysi et populo tuo in vigilia pasche comedere p̄cepisti i figura agni dn̄i nostri iesu xp̄i: cuiꝰ sāguine oīa primogenita tibi de mūdo redemisti: et nocte illa dē primogenitū i egyto pcutere precepisti: seruās populū agni sāguine prenotatum. Dignare dn̄e deꝰ omnipotens benedicere ✠ et sanctificare ✠ hunc agnum paschalē: vt quicūq; ex populo tuo fideliter de illo comederint/omni bn̄dictione celesti et grā tua saturati repleātur in bonitate. Per quē hec oīa dn̄e cōdita sunt: et ab initio creata saluator mūdi. Qui vi. et re.

¶ Hec p̄fatio dicatur in die sācte trinitatis et in oībus dn̄icis diebus vsq; ad aduentum dn̄i quando de dn̄ica dicet̄ missa licet in capitulo dicat̄: et in commemoratione sancte trinitatis: per annū: et in missis sponsalium.

Terne deus. Qui cum vnigenito filio tuo



et spiritu sctō vnus es deus vnus es dominꝰ. Non

in vnius singularitate psone: sed in vnius trinita-

te substãtie. Quod enim de tua gloria reuelante te

credim⁹ hoc de filio tuo: hoc de spiritu sancto: sine dif-

ferẽtia discretionis sentim⁹. Ut in confessione vere

sẽpiterneq; deitatis: & in personis proprietas: & in es-

sentia vnitas: & in maiestate adoret equalitas. Quẽ

laudant angeli atq; archãgeli: cherubin quoq; ac se-

raphin qui non cessant clamare vna voce dicentes.

Hec prefatio dicitur in vtroque festo sancte crucis: et in omnibus commemorationibus eiusdem. Prefatio.

Eterne deus. Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti: vt vnde mors oriebatur inde vita resurgeret. Et qui in ligno vincebat: in ligno quoque vinceretur. Per christum dominum nostrum. ¶ Hec prefatio dicitur in omnibus festis beate marie nisi in purificatione. Dicatur etiam per octauas assumptionis: et natiuitatis beate marie: et in commemoratione eiusdem: nisi a natiuitate domini vsque ad purificationem.

Eterne deus. Et te in veneratione beate et gloriose semperque virginis marie exultantibus animis laudare: benedicere et predicare. Que et vnigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit et virginitatis gloria permanente huic mundo lumen eternum effudit: iesum christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam. ¶ Hoc modo incipiantur omnes prefationes ad missam per totum annum tam in ferijs quam in festis.




Per omnia secula seculorum. Amen. Dominus



vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad




dominum. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est

Ere dignū et iustū est equū et salutare: nos



tibi sēper et vbiq3 gratias agere: domine sācte pater



omnipotēs eterne deus. Per christū dominū nostrū.




Per quē maiestatē tuā laudāt angeli: adorāt domi-




nationes: tremūt potestates. Celi celorūq3 virtutes



ac beata seraphin socia exultatio ne concelebrant.



Cum quibus et nostras voces vt admitti iubeas de



precamur supplici confessio ne dicentes.

Sanctus. Sanctus. Sanctus, dominus deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini: osanna in excelsis. Et cum dicat sacerdos Sanctus, erigat parumper brachia sua: et iungat manus suas usque ad hoc verbum. In nomine domini. Tunc signet se in facie sua: et sic fiat in omnibus prefationibus totius anni. Deinde statim iunctis manibus et oculis elevatis incipiat Te igitur clementissime. etc. corpore inclinato donec dicat Ac petimus. Tunc erigens se osculetur altare a dextro sacrificij. ¶ Hec prefatio dicitur in omnibus missis de sancto spiritu.

Eterne deus. Per christum dominum nostrum. Qui ascendens super omnes celos: sedensque ad dexteram tuam promissum spiritum sanctum in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudijs totus in orbe terrarum mundus exultat: sed et superne virtutes atque angelice potestates: hymnum glorie tue concinnunt sine fine dicentes.

¶ Sequitur Canon.




E igitur clementis-
sime pater per iesum christum filium
tuũ dominũ nostrũ: supplices roga-
m⁹ ac petim⁹. Hic erigẽs se: osculetur
altare a dextris sacrificij dicẽs Uti ac
cepta habeas & bñdicas hec do ✠ na
hec mu ✠ nera hec san ✠ cta sacrificia illibata. Factis
qȝ signaculis super crucem: eleuet manus suas ita di-
cens. In primis q̃ tibi offerim⁹ ꝓ ecclesia tua sãcta ca-

tholica quā pacificare/custodire/adunare/ et regere dignetis toto orbe terrarum: vna cum famulo tuo papa nostro N. et antistite nostro N. id est proprio episcopo. et rege nostro N. et dicantur nominatim. et omnibus orthodoxis atq catholice et apostolice fidei cultoribus. ¶ Hic roget cogitando pro vivis.

MEmento dn̄e famulorum famularumq tuarū N. et N. In qua oratione ordo debet attendi propter ordinem charitatis. Quinquies orat sacerdos. primo pro seipso. secundo pro patre & matre carnali videlicet & spirituali/et pro aliis parentibus. tertio pro amicis specialibus parochianis & aliis. quarto pro omnibus astantibus. quinto pro omni populo xpiano: & potest hic sacerdos oēs suos amicos deo cōmēdare. Cōsulo tamen vt nullus ibidē nimis imoretū propter cordis distractionē: tū propter imissiōes que possunt fieri p angelos malos: tū ppter alia pericula.

ET oīm circunastātiū atq omnium fideliū christianorū quorum tibi fides cognita est & nota devotio: p quibus tibi offerimus vel qui tibi offerūt hoc sacrificiū laudis: pro se suisq omnibus: pro redēptione animarum suarum: p spe salutis et incolumitatis sue: tibiq reddunt vota sua eterno deo vivo et vero.

COmmunicantes & memoriā venerantes in primis gl'iose semperq virginis. Inclinando paruper dicat, marie genitricis dei et domini nostri iesu christi. Sed et beatorum apostolorum ac martirum tuorū. Petri/Pauli/ Andree/ Iacobi/ Ioannis/ Thome Iacobi Philippi Bartholomei Mathei Simonis & Thadei Lini Cleti Clemētis/ Sixti Cornelii Cypriani Laurētii Chrysogoni Ioānis &/Pauli/ Cosme &/ Damiani. Et omniū san

ctorum tuorum: quorum meritis precibusq; concedas vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem christum dominum nostrum. Amē. ¶ Hic respiciat hostiam cum magna veneratione ita dicens.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre: sed et cuncte familie tue quesumus domine vt placatus accipias: diesq; nostros in tua pace disponas: atq; ab eterna damnatione nos eripi/ et in electorum tuorū iubeas grege numerari. Per christum dominum nostrum. Amen. ¶ Hic iterum respiciat hostiam dicens.

Quam oblationem tu deus omnipotens in omnibus q̄sumus. Hic faciat tres cruces super calicem cum dicat ✠ benedictam ✠ ascriptam ✠ ratam rationabilem acceptabilēq; facere digneris: vt nobis/ ¶ Hic faciat crucem sup panem dicēs corpus ✠ hic super calicem. & sanguis ✠ iūctisq; manibus dicat fiat dilectissimi filij tui domini nostri iesu christi.

Qui pridie q̄ pateretur. Hic erigat sacerdos manus & coniungat et postea tergat digitos et eleuet hostiam parumper: ita q̄ nō videatur a populo: & sic debet tenere quousq; dixerit verba consecrationis: quia si ante consecrationem eleuetur: & populo ostēdatur sacerdotes sicut fatui faciunt populum idolatrare adorando panem purū tanq̄ corpus xp̄i: & in hoc peccat. Et sacerdos debet precipue in hoc loco cōgregare seipsum ad se. scilicet cor ad verba diligenter attendendum & os ad distincte proferendum/ vt ab hoc loco videlicet. Qui pridie. vsq; ibi Unde & memores. nulli alie rei attendat: nullaq; dictio nullaq; syllaba euadat: nichil de forma verborū vel signorum omittat vel diminuat. Accipiendo panē dicat accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: & eleuatis oculis in celum

Hic eleuet oculos suos nō solum corporales sed etiā spirituales. **ad te deum patrē oīpotētem: tibi.** Hic inclinet se dicens **gratias agens ✠ benedixit fregit.** Hic nō debet tāgi hostia modo fractionis sicut aliqui fatui tangūt & male faciunt. Videt tn̄ ex ordine verborū q' prius debet frāgi q̄ cōsecrari cū dicat **bn̄dixit fregit.** Per hec verba videt q' prius est fractio q̄ consecratio: sed ecclesia prius cōsecrat quā frangit: si aliter facit ecclesia q̄ xp̄s fecit: & sic ecclesia videt errare/ & p cōsequēs delinquit. Solutio. Dicēdū est q' ecclesia nō delinquit: quia christus post consecrationē & benedictionē fregit: licet ordo verborū aliter sonat. Et dicat sacerdos inclinādo **deditq3 discipulis suis dicens: accipite et manducate ex hoc oēs. Hoc est enim corpus meū.** Et debent ista verba proferri sub vno spiritu & sub vna prolatione nulla pausatiōe interposita. Post hec verba inclinet se sacerdos ad hostiā et capite inclinato illam adoret et postea eleuet eam mature supra frōtem vt a populo possit videri: & caueat ne nimis diu teneat eā nec aliquo modo corpus xp̄i osculetur: nec sup oculos ponat sicut solēt quidā stulti facere: nec aliquā partē corporis vllo modo tāgere debet nisi tm̄ digitis ad hoc specialiter ꝯsecratis. Tunc illud reponat ante calicē in modū crucis per eum fiende. Reposito corpore xp̄i in loco suo: discooperiat calicem & eum teneat inter man9 suas non disiungēdo pollicē ab indice nisi dum faciat bn̄dictionem tantum: et tunc incipiat calicis consecrationem dicens.

Simili modo postea q̄ cenatū est accipiēs et hunc preclarū calicē in sanctas ac venerabiles man9 suas: itē tibi Hic inclinet se dicens **gratias agens ✠ benedixit/ deditq3 discipulis suis dicens: accipite & bibite ex eo oēs.** Hic eleuet parū per calicem ita dicens. **Hic est**

enim calix sanguinis mei/noui & eterni testamẽti/mysteriũ fidei: qui pro vobis & pro multis effũdetur in remissionẽ peccatorũ. Hic eleuet calicẽ vsq pectus vel vltra caput dicens. Hec quotienscunq feceritis: in mei memoriam facietis. ¶ Hic reponat calicẽ & fricet digitos suos vltra calicẽ ppter micas et cooperiat calicẽ: deinde eleuet brachia in modũ crucis: iunctisq digitis vsq ad hec verba: De tuis donis/ac datis ita dicens.

Unde et memores dñe nos serui tui: sed et plebs tua sãcta eiusdem christi filij tui domini dei nostri tã beate passionis: necnon & ab inferis resurrectionis: sed & in celos gloriose ascẽsionis: offerimus preclare maiestati tue de tuis donis ac datis. Hic faciat tres cruces supra calicem cum dicat. Hostiam ✠ purã: hostiam ✠ sãctam hostiam ✠ immaculatam. Hic super hostiam dicens. Panem sanctũ ✠ vite eterne. Hic super calicem. Et calicẽ ✠ salutis perpetue. Sequatur

Supra que propitio ac sereno vultu respicere digneris: et accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti abel/& sacrificium patriarche nostri abrahe: et quod tibi obtulit summꝰ sacerdos tuus melchisedech sanctũ sacrificium immaculatam hostiam. ¶ Hic sacerdos corpore inclinato: et cancellatis manibus dicat.

Supplices te rogamus omnipotẽs deꝰ: iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuũ in cõspectu diuine maiestatis tue. ¶ Hic erigat se et deosculetur altare a dextris sacrificij dicens. Ut quotquot ex hac altaris participatiõe sacrosãctũ filij tui. Hic faciat crucẽ sup corpꝰ xpi dicẽs. cor ✠ pus Hic aliã crucẽ sup calicẽ dicẽs. & san ✠ guinẽ sũpserimus. Hic faciat tertiã crucẽ in facie sua dicẽs. Omni

bene ✠ dictione celesti et gratia repleamur. Per eundem christum dominum nostrum. Amen. Sequatur.

Memento etiam dn̄e animarū famulorū famularūq̧ tuarū N. et N. Hic oret sacerdos cogitādo pro defunctis qui nos precesserunt cū signo fidei: ⁊ dormiunt in somno pacis. Ipsis dn̄e ⁊ oībus in xp̄o quiescentibus locum refrigerii lucis et pacis vt indulgeas deprecamur. Per eundē christū dn̄m nostrum. Amen.

Hic percutiat sacerdos pectus suum semel / dicendo.

Nobis quoq̧ peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationū tuarū sperantibus: partē aliquam ⁊ societatē donare digneris cum tuis sanctis apostolis ⁊ martirib⁹ / cū. Ioāne / Stephano / Mathia / Barnaba / Ignatio / Alexādro / Marcellino Petro / Felicitate / Perpetua / Agatha / Lucia / Agnete / Cecilia / Anastasia / Et cū omnib⁹ sctis tuis / intra quorū nos consortium nō estimator meriti sed venie q̄s largitor admitte. Per christū dn̄z nostrū. Amen. Per quem hec omnia dn̄e semper bona creas. Hic sacerdos ter signet calicem dicens: sancti ✠ ficas: viui ✠ ficas: bn̄ ✠ dicis ⁊ prestas nobis. Hic sacerdos discooperiat calicē: ⁊ faciat signū crucis cū hostia quinquies. Primo vltra calicē ex vtraq̧ parte: secundo ad calici equale: tertio infra calicē: quarto sicut primo: quinto ante calicem. Interim vero diacon⁹ a dextris sacerdotis assistat manib⁹ prius lotis: eiq̧ in corporalibus sustinendis subministret: ⁊ in recessu deosculetur altare ⁊ humerum sacerdotis dextrum sacerdote sic dicēte Per ip ✠ sū: ⁊ cum ip ✠ so: ⁊ in ip ✠ so est tibi deo pa ✠ tri omnipotēti in vnitate ✠ spiritus sancti de⁹ oīs honor ⁊ gloria. Hic cooperiat calicem ⁊ teneat manus suas super altare vsq̧ quo dicitur Pr̄ noster. hoc mō.



Per omnia secula seculorum. Amen. Ore-

mus. Preceptis salutaribus moniti: et diuina insti-

tutione formati audemus dicere.

Hic accipiat diaconus patenam de manu subdiaconi eamque a dextris sacerdotis extento brachio in alto usque ad Da propitius pacem. discoopertam tenens.

Hic eleuet sacerdos manus suas dicens.

Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen


tuum. Adueniat regnū tuū. Fiat volūtas tua: sicut in

celo et in terra. Panē nostrū quotidianū da nobis ho

die: et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimit-



timus debitoꝛib⁹ nostris. Et ne nos inducas in tenta




tionem. R̄ndeat sic choꝛus. Sed libera nos a malo. Deinde dicat sacerdos pꝛiuatim. Amen.

Libera nos quesumus domine ab omnibus malis pꝛeteritis pꝛesentibus ⁊ futuris: ⁊ intercedente pꝛo nobis beata ⁊ glozioſa semꝑ ꝙ virgine dei genitrice maria. Hic inclinet parūper ⁊ dicat. ⁊ btis apostolis tuis petro ⁊ paulo atꝙ andꝛea cū oīb⁹ sctis. Hic cōmittat diacon⁹ patenā sacerdoti deosculās manū ei⁹: et sacerdos deosculet patenā: postea poāat ad sinistrū oculū: deinde ad dextrū: postea faciat crucē cū patena vltra caput: ⁊ tunc reponat eā in locū suum ita dicēs.

Da propitius pacē in diebus nostris: vt ope misericordie adiuti/ ⁊ a peccato sim⁹ semper liberi: ⁊ ab omni ꝑturbatione securi. Hic discooperiat calicē et sumat cū inclinatione coꝛpus transponens in concauitate calicis retinēdo inter pollices ⁊ indices: ⁊ frangat in tres partes, pꝛima fractio dum dicit Per eundē dñz nostrum iesum chꝛistum filium tuum. Secunda fractio cum dicit. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate. Hic teneat istas duas fracturas in sinistra manu: et tertiam fracturam in dextera manu in sūmitate calicis dicēs.





Per oīa secula seculoꝝ. Choꝛ⁹ r̄ndeat. Amē.

¶ Deinde si episcopus celebrauerit: diacon⁹ ad populum cõuersus baculum episcopi in dextera tenẽs: curuatura baculi ad se conuersa dicat hoc modo.




Humiliate vos ad benedictionem. Chorus respõdeat.



Deo gratias.

¶ Postea eucharistia super patena reposita episcop⁹ super populum faciat benedictionem. Post benedictionem sequatur.



Pax domini ✠ sit sẽper ✠ vo ✠ biscum. Chor⁹. ℟.



Et cum spiritu tuo.

Ad dicendum **Agnus dei:** accedant diaconus et subdiaconus ad sacerdotẽ vterq3 a dextris: diacon⁹ propior subdiaconus remotior: et dicant simul priuatim.

Agnus dei qui tollis peccata mũdi: miserere nobis.
Agnus dei qui tollis peccata mũdi: miserere nobis.
Agnus dei qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem. In missis vero pro defunctis dicatur hoc modo.
Agnus dei qui tollis peccata mũdi: dona eis requiẽ. tribus vicibus cũ hac additione **sempiternã.** tertia vice. Exequie quas nos facimus pro mortuorũ excessib⁹ celebrantur. ¶ Quare ad missam mortuorũ pax nõ datur: triplex assignatur ratio Prima est qm̃ hoc officiũ triduanã xp̃i sepulturã significat: vbi pax nõ datur propter osculũ iude. Secunda quia non cõmunicam⁹ mortuis q3 nobis non respondent. vnde est q̃ corpus nũq̃

debet esse hec causa quando non missa de die celebratur. Tertia est quoniam sicut ex multis granis collectis unus panis efficitur/ et ex multis racemis vinum eliquatur: sic et ex multis fidelibus (quorum quidam boni: quidam mali) una ecclesia constituitur et coadunatur. Quia ergo mortuo homine nescitur utrum ipse sit de conformitate ecclesie et pacem cum creatore suo habeat: ideo pacem non damus. nec Benedicamus. nec Deo gratias. nec aliquas laudes referimus pro mortuis: quia non est unde agende sint: non enim apparet eorum requies. Hic cruce signando deponat dictam tertiam partem hostie in sanguinem sic dicendo.

Hec sacrosancta commixtio corporis et sanguinis domini nostri iesu christi: fiat michi omnibusque sumentibus salus mentis et corporis: et ad vitam eternam promerendam et capessendam preparatio salutaris. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus. ¶ Antequam pax detur dicitur hec oratio.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus da michi hoc sacrosanctum corpus et hunc sanguinem filii tui domini nostri iesu christi ita digne sumere: ut merear per hoc remissionem omnium peccatorum meorum accipere: et tuo sancto spiritu repleri et pacem tuam habere: quia tu es deus solus et preter te non est alius: cuius imperium sine fine permanet in secula seculorum. Amen.

¶ Hic deosculetur sacerdos corporalia in dextera parte: et summitatem calicis corpore dominico prius tactam/ et diacono det dicens. Pax tibi et ecclesie dei. ℟. Et cum spiritu tuo. Diaconus a dextris sacerdotis ab ipso pacem recipiat et subdiacono ferat: deinde ad gradum chori ipse diaconus pacem portet rectoribus chori: et ipsi rectores pacem choro portent uterque sue parti incipientes a maioribus. In feriis

vero et in festis qñ chorus non regitur: pax a diacono choro apportetur per duos extremos de secũda forma ec. vt prius. Si episcop⁹ celebrauerit primo osculetur diaconus principalem subdiaconum a quo ceteri subdiaconi pacẽ sumant: deinde duos secundarios rectores si duplex festum fuerit qui primo deferant ad rectores principales: postea ipsis principalib⁹ rectorib⁹ ipsã pacẽ ex parte decani ⁊ cãtoris deferẽtibus: secundarijs vero ex parte cãcellarij et thesaurarij. Post datã pacẽ dicat sacerdos orationẽ sequẽtẽ priuatim anteq̃ se cõmunicet: tenẽdo hostiã ambabus manib⁹ dicens.

DEus pater fons et origo totius bonitatis q̃ ductus misericordia vnigenitum tuum pro nobis ad infima mundi descendere et carnem sumere voluisti: quem ego indignus hic in manib⁹ meis teneo. Hic inclinet se ad hostiam dicens. te adoro/te glorifico/te tota mentis ac cordis intẽtione laudo: et precor vt nos famulos tuos nõ deseras: sed vt peccata nostra dimittas: quatenus tibi soli viuo ac vero deo puro corde ⁊ casto corpore seruire valeamus. Per eundem christũ dominum nostrum. Amen. Alia oratio.

DOmine iesu christe fili dei viui/qui ex voluntate patris cooperãte spiritu sancto per mortem tuam mundum viuificasti: libera me queso per hoc sacrosanctum corpus ⁊ hũc sanguinem tuum a cunctis iniquitatib⁹ meis ⁊ ab vniuersis malis: et fac me tuis semper obedire mandatis/et a te nunq̃ in perpetuum separari permittas: saluator mundi. Qui cum deo patre et eodem spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Et sequatur.

COrporis ⁊ sanguinis tui domine iesu christe sacramentum quod (licet indignus) accipio/non

sit michi iudicio et condemnationi: sed pro tua pietate prosit corporis mei et anime saluti. Amen. ¶ Ad corpus cum humiliatione dicat anteq̄ illud recipiat.

Aue in eternū sanctissima caro christi michi ante omnia ⁊ super omnia summa dulcedo. ¶ Corpus domini nostri iesu christi sit michi peccatori via ⁊ vita. ¶ Caueat sibi sacerdos post istas orōnes dictas a nimia prolixitate tractādi propter cogitationes volubiles aliquorū: tamē in premissis orationibus debet sacerdos meditari de incarnatione/natiuitate/passione/⁊ pijssima morte dn̄i nostri iesu christi: et de hui⁹ sacramenti virtute: ⁊ tunc cum magna deuotione ⁊ omni reuerentia ⁊ timore debet communicari (cruce pri⁹ facta ex ipso corpore scilicet christi/ante os recipiētis) dicens. In noīe patris et filij et spiritus sancti. Amē.

¶ Deinde ad sanguinē cum magna deuotione dicat.

Aue in eternū celestis potus: michi ante omnia et super omnia sūma dulcedo. ¶ Corpus et sanguis domini nostri iesu christi prosint michi peccatori ad remedium sempiternum in vitam eternam. Amē. In nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen.

¶ Hic sacerdos sumat sanguinem: quo sumpto eat ad dextrum cornu altaris cum calice inter man⁹/adhuc digitis coniunctis sicut prius: ⁊ accedat diaconus ⁊ effundat in calicem vinum vel aquam ⁊ resincerat sacerdos man⁹ suas/ne alique reliquie corporis remaneāt in digitis/vel sanguinis in calice. Cū vero aliquis sacerdos bis debeat celebrare in vno die: tunc non debet percipere ablutionem vllam in prima missa: sed ponere in sacrario/aut in vase mūdo vsq̄ in finem alterius misse: ⁊ tunc sumatur vtraq̄ ablutio post primā ablutionem. ¶ Deinde sequatur hec. Oratio.

Quod ore sũpsim⁹ dñe pura mẽte capiam⁹: ⁊ de munere tẽporali fiat nobis remediũ sẽpiternũ. Amen. Hic lavet digitos suos in cõcavitate calicis cũ vino a diacono effuso: quo hausto sequat̃ ista Oro

Hec nos domine communio purget a crimine: ⁊ celestis remedij faciat esse participes. Hic infundat idem diaconus aquam in calicem: qua hausta eat sacerdos ad medium altaris: ⁊ inuoluat calicem super patenam: et postea inclinet se ante altare cum magna deuotione dicens hanc orationem. Oratio.

Gratias tibi ago domine sancte pater omnipotens eterne de⁹/qui me refecisti de sacratissimo corpore ⁊ sanguine domini nostri iesu christi: te precor vt hoc sacramentum salutis nostre quod sumpsi indignus peccator/non veniat michi ad iudicium neq; ad condẽnationem pro meritis meis: sed ad profectũ corporis mei ⁊ anime mee salutem in vitã eternã. Amen. Et cũ hac oratione eat sacerdos ad dextrum cornu altaris ⁊ ibi abluat manus: ⁊ subdiaconus ei ministret: diaconus vero interim corporalia complicet: et ad dextrum cornu altaris subdiaconus librum portet: ⁊ accepto a diacono calice iacente super patenam et redeũte sacerdote ad dextrũ cornu altaris si quid in eo infusionis remãserit: idẽ diaconus ori sacerd. porrigat sumẽdũ. Post perceptionẽ sacramenti sacerdote ad manus abluendũ veniente/diaconus corporalia cõplicet et in loculo reponat: postea vero ipsa corporalia calici cum offertorio supponat: ipsiq; calicẽ dũ cõio dicitur ipsi accolito cõmittat. Qui dum Per omnia secula seculorũ. Amen. post orationẽ dicit̃: ea solemnitate qua cũ apportauerit reportet. Ablut3 manib⁹ sacerdos reuertat̃ se ad dextrũ cornu altaris: ⁊ dicat cũ suis ministris cõ-

munione: deinde facto crucis signaculo in facie vertat se sacerdos ad populum: eleuatisque aliquantulum brachijs et iunctis manib⁹ dicat **Dñs vobiscū.** et interim se vertat ad altare dicens **Oremus.** et postea dicat post cōmuniones iuxta numerū et ordinē ante dictarū orationū añ epistolā. Finita vltima postcommunione factoque signaculo crucis in facie vertat se sacerdos ad populū et dicat **Dñs vobiscum.** deinde diacon⁹ sua casula reindutus quādo vtitur dicat **Bñdicamus.** Alio vero tempore anni dicatur. **Ite missa est.** sēper ad populum conuerso/ sed semper **Benedicamus domino.** et **Requiescant in pace.** conuerso ad altare dicantur. His dictis sacerdos corpore inclinato/ iunctis manib⁹ tacita voce coram medio altaris dicat hanc orationem.

Placeat tibi sancta trinitas obsequiū seruitutis mee/ et presta vt hoc sacrificium quod oculis maiestatis tue indign⁹ obtuli tibi sit acceptabile michique et omnibus pro quibus illud obtuli sit te miserante propitiabile. Qui viuis et regnas deus: per omnia secula seculorum. Amen Qua finita erigat se sacerdos/ et signet se in facie sua ita dicēs. **In nōie patris et filij et spiritus sancti. Amen.** Et sic inclinatione facta eodem ordine quo prius accesserunt ad altare in principio misse sic induti cum ceroferarijs et ceteris ministris redeant in fine: et statim post **Deo gratias.** incipiatur in choro hora nona quando post missam dicitur: sacerdos vero in redeundo dicat euangeliū. **In principio erat verbum.** Cum vero sacerdos exuerit casulam et alia indumenta sacerdotalia dicat hos psalmos sub vno **Gloria patri.** cum hac añ. **Trium puerorum.** ps. **Benedicite sacerdotes domini dño.** et dicatur vsque ad finē. ps. **Laudate dominū in sanctis eius.** ps. **Nunc dimittis.**

Gloria patri. Sicut erat. Deinde dicatur. An. Trium puerorum cantemus hymnum quem cātabant in camino ignis benedicentes dn̄m. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Benedicamus patrem et filiū cum sancto spiritu. Laudemus et superexaltemus eū in secula. Benedictus es domine in firmamento celi. Et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula. Benedicat et custodiat nos omnipotens et misericors dn̄s. Amen. Nō intres in iudicium cum seruo tuo domine. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Domine deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus. Domine exaudi orationē meā. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus qui trib9 pueris mitigasti flāmas igniū concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Oratio.

Ure igne sancti spiritus renes nostros et cor nostrum domine: vt tibi casto corpore seruiamus et mundo corde placeamus. Oratio.

Actiones nostras quesumus domine aspirādo preueni et adiuuando prosequere: vt cuncta nostra operatio et a te semp̄ incipiat/et per te cepta finiatur. Et finiantur he tres orationes sub vna terminatione sic. Per christum dominum nostrum. Amen.


Ordo ad visitandum infirmum. In primis induat se sacerdos superpellicio cū stola/et in eundo dicat cum suis ministris septem psalmos penitentiales cum Gloria patri. et cum antiphona Ne reminiscaris. Psalmus.

Ordo ad visitandum infirmum.



Omine ne ĩ furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me. Miserere mei dñe qm̃ infirmus sum: sana me dñe qm̃ conturbata sunt ossa mea. Et aĩa mea turbata est valde: sed tu dñe vsqꝫquo? Cõuertere dñe ⁊ eripe aĩam meam: saluum me fac ꝓpter miam tuã. Qm̃ nõ est ĩ morte qui memor sit tui: in inferno aũt quis ꝯfitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo/lauabo per singulas noctes lectũ meũ: lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter oẽs inimicos meos. Discedite a me oẽs qui operamini iniq̃tatem: qm̃ exaudiuit dñs vocẽ fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationem meam: dñs orationem meã suscepit. Erubescant ⁊ conturbentur vehementer oẽs inimici mei: conuertantur et erubescant valde velociter. Gloria patri et filio. Sicut erat in principio. ps.

Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorꝫ tecta sũt peccata. Beat⁹ vir cui non imputauit dñs peccatum: nec est in spũ eius dolus. Qm̃ tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die. Qm̃ die ac nocte grauata est super me manus tua: cõuers⁹ sũ in erũna mea dum configitur spina. Delictũ meũ cognitum tibi feci: et iniustitiam meam non abscondi. Dixi cõfitebor aduersum me iniustitiam meam dño: ⁊ tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sãctus: in tempore oportuno. Veruntamen in diluuio aquarum multarũ: ad eum non approximabũt. Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me. Intellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradieris: firmabo sup̃ te oculos meos. Noli

te fieri sicut equꝰ et mulus: q̄bus nō est intellectꝰ. In chamo et freno maxillas eoꝝ cōstringe: qui nō approximāt ad te. Multa flagella pctōꝛis: sperātē aūt in dn̄o mīa circundabit. Letamini in dn̄o et exultate iusti: et gloꝛiamini oēs recti coꝛde. Gloꝛia patri. Psalmus.
Domine ne in furoꝛe tuo arguas me: neq̄ in ira tua coꝛripias me. Quoniam sagitte tue infixe sunt michi: et confirmasti super me manum tuā. Nō est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatoꝛum meoꝛum. Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meū: et sicut onꝰ graue grauate sunt super me. Putruerūt et coꝛrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee. Miser factus sum et curuatus sum vsq̄ in finem: tota die cōtristatus ingrediebar. Quoniā lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu coꝛdis mei. Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus. Coꝛ meum conturbatum est dereliquit me virtus mea: et lumen oculoꝛum meoꝛum/et ipsum non est mecum.
Amici mei et pꝛoximi mei: aduersum me appꝛopinquauerunt et steterunt. Et qui iuxta me erant de longe steterunt: et vim faciebant qui querebant animam meam. Et qui inquirebāt mala michi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego autem tanq̄ surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suū. Et factus sum sicut homo nō audiens: et nō habens in oꝛe suo redargutiones. Quoniam in te domine speraui tu exaudies me domine deus meꝰ.
Quia dixi nequando supergaudeant michi inimici mei: et dum commouētur pedes mei super me magna

locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in cõspectu meo semper. Quoniam ini quitatem meam annunciabo: et cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei vivunt et confirmati sũt su per me: et multiplicati sunt qui oderunt me iniq. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebãt michi: quoniã sequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine de⁹ meus: ne discesseris a me. Intende in adiutoriũ meũ: domine deus salutis mee. Gloria patri. Psalmus.

Miserere mei deus: secundũ magnã mĩam tuã. Et secundũ multitudinẽ miserationũ tuarũ: dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniqui tate mea: et a peccato meo mũda me. Quõ iniquitatẽ meã ego cognosco: et peccatum meũ contra me est sem per. Tibi soli peccaui et malũ corã te feci: vt iustifice ris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum: et in peccatis cõ cepit me mater mea. Ecce enim veritatẽ dilexisti: in certa et occulta sapiẽtie tue manifestasti michi. Asp ges me dñe hysopo et mundabor: lauabis me et sup ni uem dealbabor. Auditui meo dabis gaudiũ et letitiã et exultabunt ossa humiliata. Auerte faciẽ tuã a pec catis meis: et omnes iniquitates meas dele. Cor mũ dũ crea in me deus: et spiritum rectũ innoua in visceri bus meis. Ne proiicias me a facie tua: et spm̃ sanctũ tuũ ne auferas a me. Redde michi letitiam salutaris tui: et spiritu principali cõfirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te conuertentur. Libera me de sanguinib⁹ deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iustitiã tuã. Dñe labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuam. Quoniam si voluisses sa crificiũ dedissem: vtiq holocaustis non delectaberis.

Sacrificiū deo spiritus contribulatus: cor cõtritum
et humiliatum deus nõ despicies. Benigne fac dñe in
bona voluntate tua syon: vt edificentur muri hierusalē
Tūc acceptabis sacrificiū iustitie oblationes et holo
causta tūc ponēt sup altare tuū vitulos. Gloria. ps.
Domine exaudi orationē meam: ⁊ clamor meus
ad te veniat. Non auertas faciem tuā a me: in
quacūq; die tribulor īclina ad me aurē tuam. In qua
cunq; die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia de
fecerūt sicut fumus dies mei: ⁊ ossa mea sicut cremiū
aruerūt. Percussus sum vt fenū ⁊ aruit cor meū: quia
oblit⁹ sū comedere panē meū. A voce gemitus mei:
adhesit os meū carni mee. Similis fact⁹ sum pellica-
no solitudinis fact⁹ sum sicut nicticorax in domicilio.
Vigilaui et factus sum sicut passer: solitari⁹ ī tecto.
Tota die exprobrabāt michi inimici mei: ⁊ qui lauda
bant me aduersum me iurabant. Quia cinerē tanq̄
panē māducabam: ⁊ potum meum cū fletu miscebā.
A facie ire indignationis tue: quia eleuās allisisti me
Dies mei sicut vmbra declinauerūt: ⁊ ego sicut fenū
arui. Tu aūt dñe ī eternum permanes / ⁊ memoriale
tuū in generatione et generationē. Tu exurgens dñe
misereberis syon / quia tēp⁹ miserēdi ei⁹ quia venit tē
pus. Qm̄ placuerunt seruis tuis lapides eius ⁊ terre
eius miserebuntur. Et timebunt gentes nomen tuū
dñe / ⁊ oēs reges terre gloriā tuā. Quia edificauit dñs
syon / ⁊ videbitur in gloria sua. Respexit ī orationem
humiliū / et non spreuit precē eorum. Scribātur hec ī
generatione altera: ⁊ populus qui creabitur laudabit
dñm. Quia ꝓspexit de excelso sācto suo: dñs de celo ī
terrā aspexit. Vt audiret gemitus compeditorū: vt
solueret filios interemptorum. Vt annūcient in syō

nomen domini: et laudem eius in hierusalem. In cō-
ueniendo populos in unum: et reges ut seruiant dño.
Respondit ei in via virtutis sue: paucitatem dierum
meorum nuncia michi. Ne reuoces me in dimidio die
rū meorum: in generatione et generationem anni tui.
Initio tu dñe terrā fūdasti: et opera manuum tuarū
sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanes: et oēs si-
cut vestimentum veterascent. Et sicut opertoriū mu
tabis eos et mutabuntur: tu autē idēipse es et anni tui
non deficient. Filij seruorum tuorum habitabūt: et se
men eorum in seculū dirigetur. Gloria pri. Psalmus.
De profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi
vocē meam. Fiāt aures tue intēdentes: in vo
cē deprecationis mee. Si iniqtates obseruaueris do-
mine: dñe qs sustinebit? Quia apud te propitiatio est:
et propter legem tuam sustinui te domine. Sustinuit
anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in dño
A custodia matutina usq; ad noctem: speret israel in
domino. Quia apud dominum misericordia: et copio
sa apud eum redemptio. Et ipse redimet israel: ex om
nibus iniquitatibus eius. Gloria patri. Psalmus.
Domine exaudi orationem meam auribus per-
cipe obsecrationē meam: i veritate tua exaudi
me in tua iustitia. Et non intres in iudicium cum ser
uo tuo quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis
viuens. Quia persecutus est inimic⁹ animā meā: hu
miliauit in terra vitam meam. Collocauit me in ob
scuris sicut mortuos seculi: et anxiat⁹ est super me spi-
ritus me⁹ i me turbatū est cor meū. Memor fui dierū
antiquorū meditatus sum in omnibus operibus tuis
in factis manuum tuarum meditabar. Expandi ma
nus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me dn̄e: defecit spiritus meus Nō auertas faciem tuam a me: & similis ero descēdentib⁹ in lacum. Auditā fac michi mane mīam tuā: quia in te speraui. Notam fac michi viā in qua ambulē: quia ad te leuaui aīam meā. Eripe me de inimicis meis dn̄e ad te cōfugi: doce me facere voluntatem tuā: quia de⁹ meus es tu. Spūs tuus bonus deducet me in terrā rectam: propter nomē tuū dn̄e viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatiōe aīam meā: & in mīa tua disperdes oēs inimicos meos. Et perdes omnes q̄ tribulāt animā meā: quoniā ego seruus tuus sū. Gloria patri. An. Ne reminiscaris dn̄e delicta nostra vel parētum nostrorum: neq̧ vindictam sumas de peccatis nostris: parce domine parce famulo tuo: quem redemisti precioso sanguine tuo ne ī eternum irascaris ei. ¶ Et cum intrauerit domum dicat. Pax huic domui & oīb⁹ habitantibus in ea: pax ingrediētibus & egredientib⁹. nota pax domui
¶ Et sciēdum est quando infirmus debet inungi: offerenda est ei imago crucifixi & ante cōspectū eius statuēda: vt redēptorem suum in imagine crucifixi adoret/ & passionis ei⁹ quam ꝑ peccatorū salute sustinuit recordetur. Deinde aspergat infirmū aqua benedictā & statim sequatur. Kyrie eleysō. Christe eleysō. Kyrie eleyson. Pater noster. V⁹. Et ne nos. Sed libera. V⁹. Saluum fac seruū tuū vel ancillā tuā. Deus meus sperantē in te. V. Mitte ei dn̄e auxiliū de sancto. Et de syō tuere eū. V⁹. Nichil proficiat inimicus in eo. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. V. Esto ei dn̄e turris fortitudinis. A facie inimici. V⁹ Dn̄e exaudi oratiōnē meam. Et clamor. Deo. Et ideo ii ia. Oremus. Oratio
Deus q̄ beatū petrū apostolū tuū misisti ad thabitam famulā tuā vt eius precib⁹ suscitaretur

ad vitā: exaudi nos q̄s vt hūc famulū tuum N. quē in nomīe tuo visitat nr̄a fragilitas exorata medicine tue medela citius sanitati restituat. Per xp̄z. Oremꝰ. Or

Omnipotēs sempiterne deus: qui subuenis in periculis ꝛ necessitate laborantibus et flagella clementer temperas: te domine supplices exoramus vt ꝑ visitationem tuam sanctam erigas hunc famulum tuum N. ex hac egrotatione qua tenetur: et presentes eum ecclesie tue sancte incolumē ad laudem ꝛ gloriam nominis tui. Per christū dominū nostrum. Oremus.

Exaudi nos omnipotens et misericors deus ꝛ visitationem tuam conferre digneris super hūc famulum tuum N. quē diuersa vexat infirmitas. Uisita eum dn̄e sicut visitare dignatꝰ es socrum petri pueruꝫ centurionis ꝛ thobiā et saram per sanctū angelū tuū raphaelem. Restitue in eo domine pristinā sanitatem: vt mereatur in atrio domus tue dicere/ castigans castigauit me dominꝰ ꝛ morti non tradidit me: saluator mundi. Qui cum deo patre et spiritu sancto viuis ꝛ regnas deꝰ. Per omnia secula seculorū. Amē. Oro.

Deus qui famulo tuo ezechie terquinos annos ad vitam donasti: ita et hunc famulum tuū N. a lecto egritudinis tua potentia erigas ad salutē. Per christum dominum nostrum. Oratio.

Respice quesumus domine famulū tuum N. in infirmitate sui corporis laborantem: ꝛ animam refoue quā creasti: vt castigatiōibꝰ emūdata cōtinuo se sentiat tua medicina saluatam. Per christū. Oratio

Deus q̄ facture tue pio sēper dn̄aris affectu/ inclina aurē tu[illegible] itus sum in omni [illegible] ntis/ et famulum tuum N. ex aduersa valitudine sui corporis laborātē placatꝰ respice/ ꝛ visita i salutari tuo/ ac celestis et grē

presta medicinam. Per christũ dominũ nrm. Oratio.
VIrtutũ celestium deus qui ab humanis corpori bus omnem languorẽ & omnem infirmitatem precepti tui potestate depellis: adesto propiti⁹ huic famulo tuo N. vt fugatis infirmitatibus & virib⁹ receptis/nomẽ sanctũ tuũ instaurata ptinus sanitate benedicat. Per christũ dominũ nostrum. Amẽ. Oratio.
DOmine sãcte pater oĩps eterne de⁹: q̃ fragilitatẽ conditionis humane infusa virtutis tue digna tione cõfirmas: vt salutaribus remedijs pietatis tue corpa nr̃a et mẽbra vegetenᷣ/sup hũc famulũ tuũ N. propitius intende: vt omni necessitate corporee īfirmitatis exclusa gratia in eo pristine sanitatis perfecta reparetur. Per christum dñm nostrũ. Oremus. Oratio.
REspice dñe de celo & vide & visita hũc famulum tuũ N. & benedic eum sicut benedicere dignatus es abrahã/isaac/& iacob. Respice super eum dñe oculis mĩe tue: & reple eum omni gaudio & letitia & timore tuo. Expelle ab eo om̃es inimici īsidias: et mitte angelum pacis qui eum custodiat & domũ istam in pace perpetua. Per dñm nostrum. ¶ Deinde priusq̃ vngatur infirm⁹ aut cõicetur exhortetᷣ eũ sacerdos hoc modo.
FRater charissime: gratias age oĩpotenti deo p vniuersis ✠ bñficijs suis: patiẽter & benigne suscipiẽs infirmitatẽ corporis quã tibi deus immisit: nã si ipsam humiliter sine murmure toleraueris: īfert aĩe tue maximũ premiũ et salutẽ. Et frater charissime qr viã vniuerse carnis īgressurus es: esto firm⁹ in fide. Qui eñ nõ est firm⁹ in fide/infidelis est: & sine fide impossibile est placere deo. Et ideo si salu⁹ esse volueris: ante oĩa op⁹ est vt teneas catholicã fidẽ: quã nisi integrã/inuiolatãq̃ seruaueris: absq̃ dubio in eternũ peribis.

¶ Deinde bonū et valde expediēs est vt sacerdos exprimat infirmo .xiiii. articulos fidei: quorū .vii. primi ad mysteriū trinitatis: et vii. alii ad christi humanitatē pertinent: vt si forte prius in aliquo ipsorū errauerit/titubauerit/vel dubius fuerit: antē mortē dū adhuc spiritus vnitus est carni/ad fidē solidā reducatur: et potest sacerdos dicere sic. Fides autē catholica hec est frater. Credere in vnū deū: hoc est in vnitatē diuine essētie: in triū personarū indiuisibili trinitate. ii. Patrē ingenitū esse deū. iii. Unigenitū dei filiū: esse deū per oia coequalē patri. iiii Spm̄ sanctū non genitū/nō factū/non creatū: sed a patre et filio pariter procedētē: esse deū patri filioq; consubstantialē etiā et equalē. v. Creationē celi et terre: id est ois visibilis et inuisibilis creature a tota indiuisibili trinitate. vi. Sanctificationē ecclesie per spm̄ sanctū et grē sacramenta/ac cetera oia in quibus cōmunicat ecclesia christiana: in quo intelligitur q; ecclesia catholica cū suis sacramentis et legibus per spiritū sanctum regulata: omni homini quātūcunq; facinoroso peccatori sufficit ad salutem: et q; extra ecclesiā catholicam non est salus. vii. Cōsūmationē ecclesie per gloriam sempiternam in anima et carne veraciter suscitāda: et per cuius oppositum intelligitur eterna dominatio reproborū. Si vis ergo saluus esse frater: ita de mysterio trinitatis sentias. Deinde exprimat ei sacerdos alios septem articulos ad christi humanitatem pertinentes hoc modo. Similiter frater charissime necessariū est ad eternā salutē vt credas et confitearis domini nostri iesu christi incarnationē/seu verā carnis assumptionē per spm̄ sāctū ex sola virgine gloriosa. ii. Verā incarnati dei natiuitatē ex virgine incorrupta. iii. Verā xp̄i passionē et mortē sub tyrannide pilati. iiii Ve-

ram xp̄i descensionem ad inferos in aīa ad spoliationē tartari: quiescēte corpore eius in sepulchro. v. Ueram xp̄i dei tertia die a morte resurrectionē. vi. Ueram ipsius ad celos ascensionem. vii. Ipsius venturi ad iudicium certissimā expectationē. Hec est fides catholica frater/ quā nisi fideliter firmiterqꝫ credideris sicut sancta mater ecclesia credit: saluus esse nō poteris. ¶ Et si infirmus laicus vel simpliciter literatus fuerit: tunc potest sacerdos articulos fidei in generali ab eo inquirere sub hac forma. ¶ Charissime frater credis patrē & filiū & sp̄m sctm̄ esse tres personas & vnū deū/ & ipsā benedictā atqꝫ indiuisibilē trinitatē creasse oīa creata visibilia & inuisibilia. Et solū filiū de sp̄ū sācto ꝯceptū incarnatū fuisse ex maria virgine: passum & mortuū ꝑ nobis in cruce sub pontio pilato: sepultū/ descēdisse ad inferna: die tertia resurrexisse a mortuis: ad celos ascēdisse: iterūqꝫ venturū ad iudicādum viuos & mortuos omnesqꝫ homines tūc in corpore & aīa resurrecturos/ bona & mala secūdū merita sua recepturos. Et remissionē pctōꝝum per sacramētoꝝ ecclesie perceptionem. Et sanctorum communionē: id est omnes homines ī charitate existētes/ esse participes omniū bonoꝝū gratie que fiunt in ecclesia: & oēs qui cōmunicant cū iustis hic in gratia cōmunicare cū eis ī gloria: ¶ Deinde respōdeat infirmus. Credo firmiter in omnib⁹ sicut sācta mater credit ecclesia; ꝓtestādo corā deo & omnibus sanctis continue hoc esse meā veram & firmā intentionē quomodocūqꝫ aliquis sp̄us malignus memoriam meam aliter forte in futuro solicitauerit perturbare. ¶ Deide dicat sacer. Charissime frater qꝛ sine charitate nichil proderit tibi fides: testante apostolo q̄ dicit Si habuero oē fidē ita vt mōtes transferā/ charita-

tem aūt nō habuero: nichil sū. Ideo opoztet te diligere dnm deū tuū super oia ex toto cozde tuo/et ex tota aīa tua: ꝛ pzorimū tuū pzopter deū sicut teipsū: nā sine huiusmodi charitate nulla fides valet. Exerce ergo charitatis opera dū vales: ꝛ si multū tibi affuerit abundāter tribue: si aūt exiguū illud impartiri stude. Et ante oia si quē iiuste leseris: satisfacias si valeas. si nā sit: expedit vt ab eo veniā humiliter postules. Dimitte debitozibus tuis ꝛ illis qui in te peccauerūt vt deus tibi dimittat. Odiētes te diligas: p malis bona retribuas. Dimittite (inqt saluatoz) ꝛ dimittet vobis. Spē etiā firmā ꝛ bonā fiduciā frater opoztet te habere i deo ꝛ i mia sua: ꝛ si occurrerit cogitatui tuo multitudo pctōrū tuoꝝ dole: sed nullo modo desperes. Immo cogita qm̄ (vt testat scriptura) mie ei⁹ sup oia opera ei⁹: ꝛ illi soli pzopziū est misereri sēper ꝛ parcere: ꝛ q secundū altitudinē celi a terra cozrobozauit miam suam super timentes se. Spera igitur in deo ꝛ fac bonitatē: qm̄ sperantem in dño mia circūdabit. Qui sperāt in dño habebūt foztitudinē ꝛ assumēt pēnas vt aquile volabūt ꝛ nō deficient. Volabūt eni a tenebzis ad lumē: a carcere ad regnū: a miseria pzesenti ad glozia sempiternā.

¶ Deinde stabilito sic infirmo in fide/charitate ꝛ spe dicat ei sacerdos. Charissime frater si velis ad visionē dei peruenire: opoztet omnino q sis mūdus i mēte ꝛ pur⁹ in cōscientia. ait eni xps in euāgelio. Beati mūdo cozde: qm̄ ipsi deū videbūt. Si ergo vis mūdū coz ꝛ consciētiā sanā habere: pctā tua vniuersa ꝯfitere: oris eni cōfessio fit ad salutē, vt ait apostol⁹. Et quia forte antehac aut per obliuionē aut verecūdie cōfusionē aliqua peccata tua vel eoꝝ circumstantias aggrauātes omisisti: trūcasti abscōdisti: vel minus cōfessus fuisti:

ideo iam resume ab initio ⁊ cōfitere qm̄ in proximo est
ut viā universe carnis ingressurus sis: ⁊ tūc amplius
cōfiteri non poteris. Dic ergo uni peccata tua: ut de⁹
corā multis milibus in die iudicij ea tegat. Si autē tu
hic ea tegas ⁊ abscondas: in oīm conspectu ad tui ↄfu-
sionē in die iudicij denudabuntur. Recogita ergo oēs
annos tuos in amaritudine aīe tue/ ⁊ nō sit tibi solici-
tudo de aliqua creatura vel rebus mundanis: sed oēm
solicitudinē tuā proijce in deū: ⁊ noli esse imemor salu-
tis aīe tue. Multū tempus in vanū trāsegisti: nūc una
hora tibi forte tantū superest in hac vita: ⁊ ideo hāc ex
pende totaliter in utilitatē ⁊ cōmodū aīe tue. Surge
frater de lacu miserie ⁊ de luto peccati per confessionē.
Grādis enī tibi restat via. Surge ergo ut lot⁹ lachry-
mis cōtritionis comedere valeas panem vite. Hic est
sacramentum corporis christi quod erit tibi in via hac
qua gradieris robur ⁊ fulcimentū: ⁊ ambulabis p dei
gratiā in fortitudine cibi illius usq; ad mōtē dei: quod
tibi concedat oīm fideliū redēptor dei filius iesus chri-
stus. Amen. ¶ Deinde audita integra cōfessione infir
mi: ⁊ factis interrogationibus expedictibus: iniūgat
sacerdos infirmo q̄ si quid iniuste alieni habuerit: vel
si quē iniuste leserit seu dānificaverit: reddat ⁊ satisfa-
ciat si valeat: sin autē veniā humiliter postulet. Atta-
men non iniūgat ei sacerdos aliquā penitentiā/ sed di-
cat ei benigniter hoc modo. Frater tu tot ⁊ talia pec
cata commisisti: pro quibus si tu esses sanus talē peni-
tentiā debes agere usq; ad tale tēpus. innotescendo ei
illā penitentiā in speciali. sed quia infirm⁹ es ⁊ forte vi
ta tua ad hoc peragendū extendi nō valebit: ideo non
iniungo tibi aliquā penitētiam. Volo tn̄ q̄ (si forte de
cesseris) facias talē elemosinā vel ad minus iniungas

amicis vel executorib⁹ tuis ipsã facere ex parte tua: p ipsa penitẽtia. assignãdo ipsã elemosinã in speciali. Si aũt ꝯualueris: penitẽtiã quã tibi notificaui adipleas vel iterũ hũiliter de nouo redeas ad cõfessionẽ: vel michi vel alij q̃ tibi absolutiõis beneficiũ in hac parte de iure cõferre valeat ⁊ debeat. Et ꝯcedo tibi q̃ oẽs indul gẽtie quorũcũq; prelatoꝝ tibi cõcesse seu qualitercũq; cõcedende/eorũq; bñdictiones/omnes atq; benedicte aspersiones/deuote pectoris tui tũsiões/cordis tui cõ tritiones/ista cõfessio ⁊ omnes alie cõfessiones tue deuote/omnia ieiunia/abstinẽtie/elemosine/vigilie/disciplne/orationes peregrinationes/⁊ oĩa alia bona q̃ fecisti vel facies/⁊ oĩa mala que p deo siue iniuste susti nuisti vel sustinebis/passio saluatoris dñi nr̃i iesu xp̃i: meritaq; beate ⁊ gloriose virginis marie ⁊ omniũ alio rum sanctorum/necnon suffragia totius sancte eccle sie catholice: cedãt tibi in remissionẽ istorum ⁊ omniũ aliorũ peccatorũ tuorũ/in augmentationem meritorum ⁊ consecutionẽ premiorũ eternorũ. Amen. Deinde dicat sacerdos hoc modo. Misereatur tui omnipo tens de⁹ ⁊ dimittat tibi oĩa pctã tua: liberet te ab omĩ malo: conseruet ⁊ cõfirmet in bono/⁊ ad vitam perdu cat eternam. Amen. ¶ Deinde absoluat sacerdos infirmum/ab omnibus peccatis suis hoc modo dicens.

Dominus nr̃ iesus christus p sua magna pietate te absoluat: ⁊ ego auctoritate eiusdem dei dñi nostri iesu christi/⁊ beatorũ apostoloꝝ petri ⁊ pauli: ⁊ auctoritate michi tradita absoluo te ab omnib⁹ pecca tis his de quib⁹ corde contritus ⁊ ore michi cõfess⁹ es: ⁊ ab omnib⁹ alijs peccatis tuis de quibus si tue occurrerent memorie libenter confiteri velles: ⁊ sacramẽtis ecclesie te restituo. In nomine patris et filij ⁊ spiritus

sancti. Amen. Notandū est q̄ licet sacerdos possit de facto absoluere infirmū in articulo mortis ab oib⁹ peccatis suis: tamen si aliquis casus occurrat in confessione a quo ipse sacerdos cū alias de iure absoluere nō posset/ iniungendum est infirmo q̄ cum cōualuerit presentet se illi ad confitendum qui eum de iure vel consuetudine in hac parte absoluere debeat/ recepturus ei⁹ mandata et satisfacturus: nam alias reincidit in eandē sententiam quam prius sustinuit. Si infirmus bullā habeat apostolicā de plena absolutione & remissione oīm peccatorū suorū semel in articulo mortis cōcessam: tūc primo legat sacerdos effectū bulle: deinde ceteris peractis (vt p̄dictū est) fiat eius absolutio sub hac forma.

Dominus noster iesus christus pro sua magna pietate te absoluat: & ego auctoritate eiusdē dei & dn̄i nostri iesu xp̄i/ & beatorū apostolorū petri & pauli/ & dn̄i nostri dn̄i N. diuina prouidentia summi pōtificis: & virtute gratie tibi ꝯcesse: & electionis qua me in tuū cōfessorem elegisti in hac parte michi cōmissa: absoluo te ab oībus peccatis tuis/ de quibus corde cōtritus & ore michi confessus es: & ab omīb⁹ alijs peccatis tuis de quibus si tue occurrerent memorie cōfiteri velles: ab omī fractione votorū & omni omissione salutarium penarū sacramentaliter tibi iniunctarū: et ab omī trāsgressione diuinorū mandatorū. Tibiq̄ cōcedo plenā indulgentiā omniū peccatorū tuorum inquantum claues ecclesie et potestas apostolica se extendunt. Et si immiscendo te diuinis sic innodatus es aut vnq̄ fuisti/ q̄ aliquam notam irregularitatis contraxisti: vel penam suspēsionis/ interdicti/ seu excōmunicationis incurristi: eadem auctoritate tollo & ammoueo/ tecū q̄ dispenso: et sacramētis ecclesie te restituo. In nomine

pris ⁊ filij ⁊ sp̄us sācti. Amē. Deinde dicat sacerdos orationē sequentē cum Dñs vobiscũ. ⁊ Oremus. Oratio
PRetende domine huic famulo tuo dexterā celestis auxilij: vt te toto corde perquirat: ⁊ q̄ digne postulat assequatur. Per xp̄m dñm nostrũ. R. Amen.
Sequatur Be✠nedictio dei patris omnipotentis: et filij: et spiritus sancti super te descendat ⁊ maneat sēper. Amē. Deinde osculetur crucē infirmus ⁊ sacerdotē ⁊ postea oēs alios per ordinē: et interim dicat sacerdos morosius. Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.
DEus misericors deus clemens: qui secũdũ multitudinē miserationũ tuarũ peccata penitentiũ deles: ⁊ preteritorũ criminũ culpas venia remissionis euacuas: respice super hunc famulũ tuũ N. sibi remissionē oīm peccatorũ suorũ tota cordis contritione poscētē. Renoua in eo piissime pater quicquid diabolica fraude violatũ est: ⁊ vnitati corporis ecclīe tue membrũ infirmũ peccatorũ percepta remissiōe restitue. Miserere domine gemituũ eius: miserere lachrymarũ: miserere tribulationũ atq; dolorũ: ⁊ nō habētē fiduciam nisi in tua misericordia/ ad sacramētũ recōciliationis admitte. Per xp̄m dñm nostrum. Oremus. Oratio.
DA nobis quesumus domine/ vt sicut publicani precibus ⁊ cōfessione placatus es: ita ⁊ huic famulo tuo N. benignus aspires: vt in cōfessione flebili permanens miam tuā celeriter cōsequatur: sacrisq; altaribus restitutus/ rursus diuino famulatu mancipetur. Per christum dñm nostrum. Amen. Absolutio.
ABsoluimus te N. vice beati petri apostolorum principis cui dñs potestatem ligādi atq; soluēdi dedit: et quantum ad te pertinet accusatio et ad nos remissio: sit tibi omnipotens deus vita ⁊ salus/ et om

nium peccatorum tuorum pius indultor. Qui viuit et regnat cum deo patre in vnitate spiritus sancti deus.
¶ De extrema vnctione. Priusq̄ vngat infirm⁹ incipiat sacerdos añ. Saluator mundi. Deinde dicatur ps.
In te dñe speraui nō confundar in eternum in iusticia tua libera me et eripe me. Inclina ad me aurē tuā: & salua me. Esto michi in deū ptectorē & in locū munitū: vt saluū me facias. Quoniam firmamentum meū: & refugiū meū es tu. Deus me⁹ eripe me de manu pctōris: & de manu ꝯtra legē agētis & iniq. Quoniam tu es patiētia mea dñe: spes mea a iuuentute mea. In te cōfirmatus sū ex vtero: de vētre matris mee tu es protector me⁹. In te cātatio mea sēper: tanq̄ prodigiū factus sū multis & tu adiutor fortis. Repleatur os meū laude: vt cātē gloriā tuā tota die magnitudinē tuam. Ne proiscias me in tēpore senectutis; cū defecerit virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei mala michi: & qui custodiebant aiam meā cōsiliū fecerunt in vnū. Dicētes deus dereliquit eū/persequimini & comprehendite eū: quia non est qui eripiat. Deus ne elongeris a me: deus meus in auxiliū meū respice. Confundantur et deficiant detrahentes aie mee: operiantur cōfusione et pudore qui querunt mala michi. Ego autē sēper sperabo: & adiciā super omnē laudē tuā. Os meum annūciabit iustitiā tuā: tota die salutare tuū. Quoniam non cognoui literaturā introibo in potētias dñi: dñe memorabor iustitie tue solius. Deus docuisti me ex iuuentute mea: & vsq; nunc pronūciabo mirabilia tua. Et vsq; in senectā & seniū: deus ne derelinquas me. Donec annunciem brachiū tuū: generationi omni que ventura est. Potentiā tuā & iustitiam tuam deus vsq; in altissima que fecisti magnalia deus

quis similis tibi? Quātas ostēdisti michi tribulationes multas & malas/ & conuersus viuificasti me: et de abyssis terre iterū reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuā: & cōuersus consolatus es me. Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatē tuam de⁹: psallam tibi in cithara sanctus israel. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: et aīa mea quā redemisti. Sed et lingua mea tota die meditabitur iustitiā tuā: cū confusi et reueriti fuerint qui querunt mala michi. Finito psalmo cū Gloria patri &c. tota dicatur aña. Saluator mūdi salua nos/ q̄ per crucē & sāguinē redemisti nos: auxiliare nobis te deprecamur deus noster. Tūc dicat sacerdos. Dn̄s vobiscū. et Orem⁹. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus/ q̄ per beatū iacobū apostolū tuū locut⁹ es dicens. Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros ecclesie & orent sup eum vngentes oleo sancto in nomine dn̄i: & oratio fidei saluabit infirmū: & alleuabit eum dn̄s: & si in peccatis sit dimittentur ei. dignare per manus nostras hūc famulum tuū N. infirmū de oleo sanctificato vngere: & virtuti benedictōis tue saluti pristine restituere: vt quod exterius per ministerium nostrū efficitur/ hoc interi⁹ spiritualiter tua diuina virt⁹ ac inuisibiliter tua malagmata operet̄. Per dn̄m. Tūc sacerdos accedēs ad infirmū incipiat psalmū sequētē quē chorus vel clericus totū psequat̄: & sic fiat de ceteris psalmis sequētibus. ps.

Usquequo domine obliuisceris me in finem: vsq̄ quo auertis faciem tuā a me? Quandiu ponā consilia i anima mea: dolorem in corde meo per diem? Usq̄quo exaltabitur inimicus meus super me: respice & exaudi me dn̄e deus me⁹. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte: nequando dicat inimicus

meus preualui aduersus eum. Qui tribulāt me exultabunt si motus fuero: ego autem in mīa tua sperauī. Exultabit cor meū in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit michi: et psallam nomini domini altissimi. Gloria patri et filio. Sicut erat in principio.

¶ Dum dicitur predict⁹ ps a choro vel a clerico: accipiat interim sacerdos oleū infirmoꝝ super pollicē dextrū: ⁊ sic cū illo pollice tangat infirmū cū oleo signum sancte crucis faciens super vtrunqꝫ oculum incipiēdo ad dextrum/ ⁊ dicat sacerdos hoc modo.

Per istam vnctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per visum. ℞. Amen. Sequatur Psalmus.

Exaltabo te dñe qm̄ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Dñe deus meus clamaui ad te: et sanasti me. Dñe eduxisti ab inferno aīam meā: saluasti me a descendētibus in lacū. Psallite dño sancti eius: ⁊ ɔfitemini memorie sanctitatis ei⁹. Qm̄ ira in indignatiōe ei⁹: ⁊ vita in volūtate eius. Ad vesperū demorabitur flet⁹: et ad matutinū letitia. Ego aūt dixi in abūdantia mea: non mouebor in eternum. Dñe in voluntate tua: prestitisti decori meo virtutē. Auertisti faciem tuā a me: ⁊ factus sum conturbat⁹. Ad te domine clamabo: et ad deum meū deprecabor. Que vtilitas in sanguine meo: dū descendo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatem tuam? Audiuit dñs ⁊ misertus est mei: dominus factus est adiutor meus. Conuertisti planctū meū in gaudium michi: concidisti saccum meum ⁊ circūdedisti me letitia. Vt cantet tibi gloria mea ⁊ non cōpungar: dñe deus meus in eternū cōfitebor tibi. Gloria patri. ¶ Deinde super aures dicens.

Per istam vnctionem ⁊ suam pijssimam miseri-
cordiam indulgeat tibi dominus quicquid pec-
casti per auditum. ℟. Amen. Sequatur Psalmus.

Iudica me deus et discerne causam meã de gẽte
non sancta: ab homine iniquo ⁊ doloso erue me.
Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti/ ⁊
quare tristis incedo dũ affligit me inimicus? Emitte
lucem tuã ⁊ veritatẽ tuã: ipsa me deduxerũt ⁊ adduxe-
runt in montẽ sanctũ tuũ et ĩ tabernacula tua. Et in-
troibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem
meã. Confitebor tibi in cythara deus deus meꝰ: qua-
re tristis es aĩa mea/ ⁊ quare cõturbas me? Spera in
deo qñ adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei ⁊ deꝰ
meus. Gloria patri. ¶ Deinde super labia dicens.

Per istam vnctionem ⁊ suam pijssimam miseri-
cordiam indulgeat tibi dñs quicquid peccasti ꝑ
gustum et illicita verba. ℟. Amen. Sequatur. ps.

Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtu-
te tua iudica me. Deꝰ exaudi orationem meã:
auribus percipe verba oris mei. Quoniam alieni in-
surrexerunt aduersum me/ ⁊ fortes quesierunt animã
meã: et non proposuerunt deum ante cõspectũ suum.
Ecce enim deus adiuuat me: ⁊ dominus susceptor est
anime mee. Auerte mala inimicis meis: ⁊ in veritate
tua disperde illos. Voluntarie sacrificabo tibi: ⁊ con-
fitebor nomini tuo domine quoniam bonũ est. Quo-
niam ex omni tribulatione eripuisti me: ⁊ super inimi-
cos meos despexit oculus meus. Gloria patri et filio.
Sicut erat in principio. ¶ Deinde super nares dicẽs.

Per istam vnctionem ⁊ suam pijssimam miseri-
cordiam indulgeat tibi dominus quicquid pec-
casti per odoratum. ℟. Amen. Sequatur Psalmus.

DEus in adiutoriū meū intende: dñe ad adiuuandū me festina. Cōfundantur ⁊ reuereant: qui querunt aīam meā. Auertātur retrorsū ⁊ erubescāt: qui volunt michi mala. Auertātur statim erubescentes: qui dicunt michi euge euge. Exultēt et letentur ī te oēs q̄ querunt te: ⁊ dicant sēper magnificetur dñs q̄ diligunt salutare tuū. Ego vero egenus ⁊ pauper sū: deus adiuua me. Adiutor me⁹ et liberator me⁹ es tu: dñe ne moreris. Gloria pr̄i. Man⁹ sacerdotis infirmi debēt inungi in partib⁹ exteriorib⁹: nam ⁊ ep̄s linebat in partib⁹ īteriorib⁹. Man⁹ vero cuiuscūq̧ alterius infirmi debēt inūgi inteři⁹. ¶ Deīde sup man⁹ ita dicēs

PEr istam vnctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per tactum. ℟. Amen. Sequatur Psalmus.

INclina dñe aurem tuā ⁊ exaudi me: qm̄ inops ⁊ pauper sum ego. Custodi aīam meā qm̄ sāct⁹ sū: saluū fac seruū tuū deus meus sperātē in te. Miserere mei dñe qm̄ ad te clamaui tota die: letifica aīaz serui tui qm̄ ad te dñe aīam meā leuaui. Qm̄ tu dñe suauis ⁊ mitis ⁊ multe mīe: oībus inuocantib⁹ te. Auribus percipe dñe orationē meam: intende voci deprecationis mee. In die tribulatiōis mee clamaui ad te: q2 exaudisti me. Non est similis tui in diis dñe: et non est secūdum opera tua. Oēs gentes quascunq̧ fecisti venient/ ⁊ adorabunt corā te dñe: ⁊ glorificabunt nomē tuū. Qm̄ magnus es tu ⁊ faciēs mirabilia: tu es de⁹ solus. Deduc me dñe in via tua vt īgrediar in veritate tua: letetur cor meū vt timeat nomen tuū. Cōfitebor tibi dñe deus me⁹ in toto corde meo: et glorificabo nomen tuū in eternū. Quia mīa tua magna est super me: ⁊ eruisti aīam meā: ex inferno īferiori. De⁹ iniqui

insurrexerunt super me: et synagoga potentiū quesie-
runt animā meam: et non proposuerunt te in cōspectu
suo. Et tu dn̄e deus miserator et misericors: patiēs et
multe misericordie et verax. Respice in me et miserere
mei: da imperiū puero tuo et saluū fac filiū ancille tue.
Fac mecum signum in bono vt videant qui oderunt
me et confundantur: qm̄ tu dn̄e adiuuisti me et cōsola-
tus es me. Gloria pri. ¶ Deinde super pedes ita dicēs.
Per istam vnctionem et suam piissimam miseri
cordiam indulgeat tibi dominus quicquid pec-
casti per incessum pedum. ℟. Amen. Sequatur ps̄.
Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte
coram te. Intret in cōspectu tuo oratio mea: in
clina aurē tuā ad precē meā. Quia repleta est malis
aīa mea: et vita mea in inferno appropinquauit. Esti
matus sum cū descendētibus in lacū: factus sum sicut
homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vul-
nerati dormientes in sepulchris quorum nō es memor
amplius: et ipsi de manu tua repulsi sūt. Posuerunt me
in lacu inferiori: in tenebrosis et i umbra mortis. Su-
per me confirmatus est furor tuus: et oēs fluctus tuos
induxisti super me. Longe fecisti notos meos a me: po
suerunt me abominationē sibi. Traditus sum et non
egrediebar: languerūt oculi mei pre inopia. Clamaui
ad te dn̄e: tota die expādi ad te manus meas. Nunqd
mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt et cō
fitebuntur tibi. Nunquid narrabit aliquis in sepul-
chro misericordiā tuā: et veritatē tuā in perditionem.
Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: et
iustitia tua i terra obliuiōis. Et ego ad te dn̄e clama
ui: et mane oratio mea preueniet te. Ut quid dn̄e repel
lis orationē meam: auertis faciem tuam a me. Pau-

persum ego: et in laboribus a iuventute mea: exaltat⁹ autem humiliatus sum et conturbatus. In me transierunt ire tue: et terrores tui conturbaverũt me. Circundederũt me sicut aqua tota die: circundederũt me simul. Elongasti a me amicũ et proximum: et notos meos a miseria. Gloria patri. ¶ Deide in dorso inter lumbos maris vel super umbilicũ mulieris ita dicẽs.

PEr istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per illicitas cogitatiões et per ardorem libidinis. ℟. Amen. Tunc erigens se sacerdos lavet man⁹ suas cum sale et aqua in vase quo stupe olei ponuntur: que igne crementur: et in cemiterio fodiantur. Postea dicat sacerdos super infirmum benedictionẽ hoc modo

IN nomine patris et filii et spiritus sancti sit tibi hec olei unctio ad purificationem mentis et corporis: et ad munimen et defensionem contra iacula immundorum spirituũ. ℟. Amen. Sequatur Psalmus

DOmine clamavi ad te exaudi me: intende voci mee cũ clamavero ad te. Dirigat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuũ mearum sacrificium vespertinũ. Pone dñe custodiam ori meo: et ostium circũstantie labiis meis. Non declines cor meũ in verba malitie: ad excusãdas excusatiões in peccatis. Cũ hominib⁹ operãtib⁹ iniquitatẽ: et nõ cõmunicabo cũ electis eorũ. Corripiet me iust⁹ in mĩa et increpabit me: oleum autẽ peccatoris non impinguet caput meũ. Quoniã adhuc et oratio mea ĩ beneplacitis eorũ: absorpti sunt iũcti petre iudices eorũ. Audiẽt verba mea qm̃ potuerũt: sicut crassitudo terre erupta est super terrã. Dissipata sunt ossa nostra secus infernũ/ qz ad te dñe dñe oculi mei: in te speravi nõ auferas

aiam meã. Custodi me a laqueo quẽ statuerũt michi
et ab scãdalis operãtiũ iniquitatẽ. Cadẽt in retiaculo
ei⁹ pctõres: singulariter sũ ego donec trãseã. Gloria.
Deinde dicat sacerdos. Dñs vobiscũ. et Orem⁹. Orõ
Domine de⁹ saluator noster qui es vera salus et
medicina: a quo omnis sanitas et omne medica
mentũ venit: quiq3 nos apostoli tui iacobi documento
instruxisti vt languentes olei liquore orantes tangere
mus: respice propitius super hunc famulum tuũ N. et
quẽ lãguor cruciat ad exitũ / et virium defectus protra
hit ad occasũ: medela grẽ tue saluti restituat castiga-
tum. Extingue in eo clemẽtissime de⁹ oiũ febrũ estus:
dolorũ stimulos: et cunctorũ languorũ cruciat⁹. Visce
rũ quoq3 et secretorũ interna medicina: atq3 medullarũ
discrimina sana. Cõpagũ etiã et artuũ dele cicatrices
veteres: et acerbas compesce passiones: reformetur in
eo carnis ac sanguinis quã creasti perfecta materies:
sicq3 illũ iugiter tua custodiat pietas: vt nec ad corru-
ptionẽ aliquãdo sanitas / nec ad perditionẽ perducat
infirmitas: sed fiat illi hec sacra olei perũctio cita mor
bi presentis et languoris expulsio: et peccatorũ omniũ
exoptata remissio. Per te saluator mũdi. Qui cũ deo
patre et spũ sãcto viuis et regnas de⁹. Per oĩa secula se
culorũ. Amẽ. Facta vnctione vt predictũ est: expediẽs
erit vt sacerdos ante cõmunionẽ inquirat ab infirmo
an aliqua alia pctã sibi ad memoriã occurrãt de quib⁹
non erat confessus: nam posset esse q per preces et deuo
tas orationes sacerdotis siue alior / deus cor infirmi il
lustraret et daret ei gratiam verius et plenius confiten
di. Et postea interroget eũ sacerdos si recognoscat cor
pus et sanguinem domini nostri iesu christi sic dicẽdo
Frater credis q sacramentũ quod tractatur in altari

sub forma panis est verũ corpus et sanguis dñi nostri iesu christi. Respondeat infirmus Credo. Deinde cõmunicetur infirmus nisi prius cõmunicatus fuerit: ꝛ nisi de vomitu vel alia irreuerẽtia probabiliter timeatur/ in quo casu dicat sacerdos infirmo. Frater in hoc casu sufficit tibi vera fides ꝛ bona volũtas/ tãtũ crede ꝛ mãducasti. Et nota ꝙ sacerdos in ĩfirmis ꝯmunicãdis stola induetur. Unde ꝯmunicãs sacerdos ĩfirmũ dicat Corp⁹ dñi nr̃i iesu xp̃i custodiat corp⁹ tuũ ꝛ aĩam tuã in vitã eternã. Amẽ. Deinde dicat sacerdos sine Dñs vobiscũ. sed tñ cũ Orem⁹. orationẽ sequentẽ/ que nõ dicatur nisi tantũ quãdo infirmus cõmunicatur. Orõ.

Domine sancte pater oı̃ps eterne de⁹ te fideliter deꝑcamur/ vt accipiẽti huic fratri nostri N. sacrosanctũ corp⁹ ꝛ sanguinẽ filij tui dñi nr̃i iesu xp̃i/ tã corporis ꝙ aĩe sit salus. Amen. Deinde sequatur ps.

Lauda aĩa mea dñm/ laudabo dñm ĩ vita mea: psallam deo meo ꝙdiu fuero. Nolite confidere in principibus/ nec in filiis hominũ in quibus non est salus. Exibit spiritus eius et reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Beatus cuius deus iacob adiutor eius/ spes eius in domino deo ipsius qui fecit celum et terram/ mare et omnia que in eis sunt. Qui custodit veritatem in seculum/ facit iudicium iniuriam patientibus/ dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos/ domin⁹ illuminat cecos. Dominus erigit elisos/ domin⁹ diligit iustos. Dominus custodit aduenas pupillum ꝛ viduam suscipiet/ ꝛ vias peccatorum disperdet. Regnabit dñs in secula deus tuus sion/ in generatione ꝛ generationẽ. Gloria patri et filio. Sicut erat in principio. Quo finito dicat sacerdos Oremus. Oratio.

Deus qui peccatores et scelerum onere vulnera tos sacerdotibus tuis ostēdere iussisti. Deus qui discipulis tuis man⁹ super infirmos vt bene habe rēt ponere precepisti. Deus q̄ p apostoloꝝ man⁹ infir mos sacro oleo vngere ⁊ p eis orare docuisti. De⁹ q̄ per impositionem manuum sacerdotum cū sancti no minis tui inuocatiōe peccata relaxare voluisti: exaudi orationes nostras: ⁊ da huic famulo tuo N. infirmita tis noxa oppresso per hoc sacrosanctū mysteriū quod nos īdignos famulos tuos agere voluisti/remissionē omniū peccatorū: quatin⁹ per hāc sacrati olei vnctio nem/corporis et sanguinis tui susceptionem/atq; ma nus nostre impositionem: cuncta ei facinora spūs gra tia relaxētur: sanitas aīe ⁊ corporis restituatur: vt nō ei plus noceat conscientie reatus ad penā/q̄ꝫ indulgen tia tue pietatis ad emendationem prosit ⁊ veniā: te cō cedente saluator mundi. Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre in vnitate eiusdē ⁊c. Deinde benedicat sacerdos infirmum dicēs sic. Benedicat ✠ te de⁹ pr̄ qui in prin cipio cuncta creauit. ℟. Amen. Et sic respōdeatur ad singulas benedictiones. Sanet te dei fili⁹. Amē. Il luminet te spūssanctus. Amē. Corpus tuū custodiat Amen. Animā tuā saluet. Amen. Cor tuū irradiet. Amen. Sensum tuū dirigat: et ad supernam patriā te perducat qui ī trinitate perfecta viuit ⁊ regnat de⁹. Per omnia secula seculorum. Amen. Alia benedictio.

Bene ✠ dicat te deus celi. Amē. Adiuuet te xp̄s filius dei. Amen. Corpus tuū in suo sancto ser uitio custodiri ⁊ conseruari faciat. Amen. Mentē tuā illuminet. Amen. Sensum tuum custodiat. Amen. Gratiam suam ad profectum anime tue in te augeat Amē. Ab omni malo te liberet. Amē. Omnia pecca

ta tua deleat. Amen. Dextera sua te defendat. Amē. Qui sanctos suos semper adiuuat ipse te adiuuare et cōseruare dignetur. Qui viuit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen. Alia benedictio.

Bene✠dicat te de⁹ pater qui in principio cuncta creauit. Amē. Bn✠dicat te dei filius qui de supernis sedibus pro nobis saluandis descendit: et crucē subire non recusauit. Amē. Bene✠dicat te spūs sanctus qui in similitudine colūbe in flumine iordanis in xp̄o requieuit. Amē. Ipseq₃ te in trinitate sanctificet quem omnes gentes venturum expectant ad iudiciū. Qui cū deo patre et eodem spū sancto. Amen. Finito hoc officio conuenienter dici poterunt ab infirmo languente in extremis si placeat orōnes subscripte vel earum alique/videlicet ps. Miserere. ij. Item. ps. De⁹ in nomine tuo. Item ℣. Suscipe me secūdū eloquiū tuū et viuam: et non cōfundas me ab expectatiōe mea. Et que est expectatio mea: nōne domin⁹: Uel sic. Dn̄e iesu christe suscipe spiritū meum. Item. Deus propiti⁹ esto michi peccatori. Item ℣. In manus tuas dn̄e cōmēdo spiritum meū: redemisti me dn̄e deus veritatis. Item ℣. Delicta iuuentutis mee: et ignorātias meas ne memineris. Item ℣. Ab occultis meis munda me dn̄e. &c. Item ℣. Ne proiicias me domine in tēpore senectutis: cum defecerit virt⁹ mea ne derelinquas me.

¶ Sciendum est autem q᷑ non licet alicui ministrare sacramentum vnctionis extreme nisi tantum sacerdoti: vnde si aliquis nō sacerdos attētaret hoc facere/nichil faceret ꝯsecratio. ¶ Loca vero vngēda sūt supra dicta et nō alia nisi in mutilatis: in quibus debēt inungi loca magis propinqua. Et notandum est q᷑ si sacerdos iam aliq̄bus partibus inunctis aliis restātib⁹ ad

ungendum defecerit: partes iuncte non sunt iterato ungende: sed que restant unctiones ungende per sacerdotem alium cōpleantur. Potest eni sacerdos uno clerico presente infirmum inungere: et etiam sine clerico in necessitatis articulo. Moneāt frequēter sacerdotes parochianos suos q̄ oēs .xiiii. annoꝝ et amplius se exhibeant ad sacramētum unctionis extreme suscipiendum: quando mortis metus imminet. Doceāt etiam eos q̄ hoc sacramentum licite potest iterari sine aliqua sui iiuria: unde quotiens homo conualuerit et noua īfirmitas iterato superuenerit/ ex qua fuerit metus mortis: potest idem homo in unaquaq̄ huiusmodi infirmitate inungi. In eadem quoq̄ infirmitate hoc sacramentū iterari potest: nam in egritudine diuturna debet fieri quādo uidetur deducere ad mortem. Et si illū articulum euadat/ ⁊ eadē infirmitate durāte etiā postea ad statū simile reducatur/ iterū potest inungi quia aliᵘ est infirmitatis status licet sit eadē īfirmitas: et si q̄s post hoc sacramētū cōualuerit/ nichilominus ad opus ꝯiugale ⁊ ad omne opus honestum licite poterit reuerti. Hoc sacramētū non est conferendū eūtibᵘ ad bellū vel ad duellū/ peregrinis aut nauigātibᵘ vel his q̄ statim occidendi sunt. Similiter pueri frenetici/ furiosi vel aliqui alii huiusmodi alienationem mētis patiētes/ eo q̄ debitā discretionē [illegible] ⁊ devotione penitētie nō habeāt: ad hoc sacramētū nō admittantur: nisi forte ipsi frenetici/ furiosi: vel amētes i sanamēte ꝯstituti hoc sacramētū petierit/ vel alias añ huiusmodi passionē seu mētis alienationē de sua salute fuerint soliciti: tūc nichilominᵘ ꝯualiē hoc sacramētū eis fiducialiē ministrari. In ꝯst. lābeth. p. c. vlt. Nota q̄ tpe interdicti nō debet ꝯferri sacramētū unctiōis extreme

nec alia sacramenta: exceptis baptismo/confirmatione penitentia/ et viatico existētib⁹ i articulo mortis tātū cōferēdo. ¶ Cū vero aīa in exitu seu dissolutiōe corporis visa fuerit laborare/ pcutiat tabula minute et acriter: et tunc omnes clerici cum summa velocitate accurrant et dicant Credo in vnum. Require in missa sponsa. deinde dicant. vij. psalmos penitentiales cū Gloria pri. vtꝰ. Quibus dictis/ subiūgatur hoc capitulū

Parce domine parce famulo tuo quem redimere dignatus es precioso sanguine tuo: ne in eternū irascaris ei. Hoc capitulum dicatur tribus vicibus tā a sacerdote q̄ a toto conuentu: ita tamen q sacerdos prius dicat: et conuentus repetat. Deinde dicatur sequens letania sine nota hoc modo.

Pater de celis deus: miserere anime famuli tui. Fili redēptor mūdi deus: miserere aīe famuli tui. Spiritus sancte de⁹: miserere anime famuli tui. Sancta trinitas vnus deus: miserere. Scte̅ sciōrū deus: miserere. Qui es trinus et vnus deus: miserere.

Sancta maria: intercede pro anima eius.
Sācta dei genitrix inter.
Sācta virgo vginū iter
Sancte michael inter.
Sancte gabriel inter.
Sancte raphael inter.
Omnes sācti angeli et archangeli: intercedite p anima eius.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines: intercedite pro anima eius.
Scte̅ iohēs baptista int.
Omnes sancti patriarche et prophete: intercedite pro anima eius.
Sancte petre inter.
Sancte paule inter.
Sancte andrea inter.
Sancte matthee inter.
Sancte thoma inter.
Sancte iacobe inter.
Sancte iohannes inter.
Sancte philippe inter.
Sancte iacobe inter.

Scte bartholomee int.
Sancte simon inter.
Sancte iuda inter.
Sancte matthia inter.
Sancte marce inter.
Sancte luca inter.
Sancte barnaba inter.
Omnes sancti apostoli & euangeliste: intercedite p anima eius.
Oēs sancti discipuli dñi et innocētes: intercedite.
Sancte stephane inter.
Sancte line inter.
Sancte clete inter.
Sancte clemens inter.
Sancte corneli inter.
Sancte laurenti inter.
Sancte sixte inter.
Sancte vincenti inter.
Sancte georgi inter.
Sancte fabiane inter.
Sancte sebastiane inter.
Sancte albane inter.
Sancte edmunde inter.
Sancte blasi inter.
Sancte dionysi cum sociis tuis inter.
Sancte eustachi cum sociis tuis inter.
Sancte geruasi inter.
Sancte prothasi inter.
Sancte cosma inter.
Sancte damiane inter.
Sancti iohannes et paule: intercedite p aīa eius.
Scti crispine & crispiniane: intercedite p aīa eius.
Oēs scti martyres inter.
Sancte benedicte inter.
Sancte siluester inter.
Sancte nicolae inter.
Sancte martine inter.
Sancte hylari inter.
Sancte ambrosi inter.
Scte hieronyme inter.
Sancte augustine inter.
Sancte birine inter.
Sancte swittine inter.
Scte athelwolde inter.
Sancte dunstane inter.
Sancte cuthberte inter.
Sancte leonarde inter.
Sance egidi inter.
Oēs scti confessores inter.
Oēs s. mona. & ere. inter.
Sancta maria magdalena intercede p aīa eius.
Sancta maria egyptiaca intercede p aīa eius.
Sancta felicitas inter.
Sancta perpetua inter.
Sancta cecilia inter.
Sancta lucia inter.

Sancta agatha inter. Sctā margareta inter.
Sancta agnes inter. Sācta anastasia inter.
Sancta fides inter. Sctā petronella inter.
Sācta katherina inter. Sctā editha inter.
Sctā scolastica inter. Sancta brigida inter.
Sancta iuliana inter. Omnes sancte virgines
Intercedite pro aīa eius. Oēs sancti Intercedite pro aīa eius. Propiti⁹ esto: Parce et dimitte ei omnia peccata sua domine. Ab omni malo: Libera et defende animam eius domine. Ab hoste iniquo: Libera et defende animā eius domine. Ab insidiis et laqueis diaboli. Libera et defende animam eius domine. Ab incursu malignorum spirituum: Libera et defende animameius domine. A timore inimicorum. Libera et defende animā eius dn̄e. Ab ira tua: Libera et defende animam eius dn̄e. A dānatione perpetua: Libera et defende animam eius domine. A penis inferni: Libera et defende animam eius domine. A periculo mortis: Libera et defende animam eius dn̄e. A pondere peccatorum: Libera et defende animam eius dn̄e Per immensam pietatē tuā: Libera et defēde animā eius domine. Per mysteriū sancte incarnationis tue: Libera et defende animam eius domine: Per sanctam circuncisionem tuam: Libera et defende animam eius domine. Per sanctam apparitionem tuā: Libera et defende animā eius dn̄e. Per baptismum tuum: Libera et defende animam eius dn̄e. Per ieiunium tuū: Libera et defende animam eius domine. Per passionē et crucē tuā: Libera et defende. Per piissimā mortem tuā: Libera et defen. Per gloriosam resurrectionem tuā: Libera et defen. Per admirabilem ascensionem tuam: Libera et defende animam eius domine.

Per aduentum sancti spiritus paracliti. Libera et defen. Per intercessionē omniū sanctorum tuorum. Libera et defen. In die iudicij: Libera et defen. Peccatores: Te rogamus audi nos. Ut animā famuli tui de pricipibus tenebrarū et de locis penarū liberare digneris: Te ro. Ut eā ab inferorū cruciatibus liberare digneris: Te ro. Ut cūcta ei9 peccata obliuioni perpetue tradere digneris: Te ro. Ut ei oēs lubrice temeritatis offensas dimittere digneris: Te ro. Ut delicta iuuentutis eius et ignorantias non reminiscaris: Te roga. Ut quicquid vitiorum fallente diabolo et propria iniquitate atque fragilitate contraxit/clemēter indulgere digneris: Te roga. Ut eum in pacis ac lucis regione cstituere digneris: Te roga. Ut ei gaudiū et exultationē in regno tuo cū sāctis et electis tuis donare digneris: Te ro. Ut nos exaudire digneris: Te ro. Fili dei: Te ro. Agnus dei qui tollis peccata mūdi: Miserere anime eius. Christe iesu: Miserere aīe ei9. Agnus dei qui tollis peccata mundi: Dona ei pacem eternamque felicitatem et gloriam sempiternā. Amen.

PRoficiscere aīa christiana de hoc mundo: in nomine dei patris omnipotētis q̄ te creauit. Amē. In nomine iesu xpi filij ei9 qui p te passus est. Amē. In nomine spiritus sancti qui in te infusus est. amē. In nomine angelorum et archangelorum. Amen. In noīe thronorum et dominationū. amē. In noīe pricipatuū et potestatuū et oīm celestiū virtutū. amē. In nomine cherubin et seraphim. Amē. In noīe patriarcharū et prophetarū. amen. In noīe apostolorum et martyrū. amen. In nomine confessorū et episcoporū. amen. In nomine sacerdotū et leuitarū et omniū ecclesie catholice graduū. amen. In noīe monachorum

et anachoritarū. Amen. In nomine virginum & fide
lium viduarū hodie in pace locus tuus fiat: et habita
tio tua in celesti hierusalem. Amen. Oremus. Oratio.
Suscipe itaqꝫ dn̄e seruū tuū in bonū et lucidū ha
bitaculū tuū. Amē. Libera dn̄e animam serui
tui ex oibus periculis infernoꝝ et de locis penarū & de
omnibus doloribus tribulationū. Amen. Libera do
mine animā serui tui sicut liberasti enoch et heliam de
morte cōmuni. Amē. Libera dn̄e aīam serui tui sicut
liberasti loth de sodomis & de flamma ignis. Amen.
Libera dn̄e aīam serui tui sicut liberasti isaac de ma-
nu p̄ris sui abrahe. Amen. Libera dn̄e aīam serui tui
sicut liberasti moysē de manu pharaonis. Amen. Li
bera dn̄e aīam serui tui sicut liberasti iob de passiōib⁹
suis. Amē. Libera dn̄e aīaꝫ serui tui sicut liberasti da
uid de manu golie & de manu saul regis. Amē. Libe-
ra dn̄e aīam serui tui sicut liberasti danielē de lacu leo-
nū. amē. Libera dn̄e aīaꝫ serui tui sicut liberasti tres
pueros de camino ignis ardētis. Amen. Libera dn̄e
aīam serui tui sicut liberasti susannā de falso crimine.
Amē. Libera dn̄e aīam serui tui sicut liberasti petrū
& paulū de vinculis. Amē. Sicut liberasti sanctos ser-
uos tuos de tormētis: sic liberare digneris animā ser-
ui tui de gehenne incendijs et ab omnibus angustijs.
Amen. ¶ Sequatur cōmēdatio aīarū: & dicatur i ca
mera vel in aula sine nota iuxta corp⁹: & oīa subseq̄uē
ter similiter vsqꝫ ad p̄cessi. ad hoīeꝫ mortuū suscitādū
Post ꝯmēdationē sequatꝛ. ℞. Subuenite sācti dei/oc-
currite angeli dn̄i suscipientes aīam ei⁹. Offerētes eā
in cōspectu altissimi. ℣. Suscipiat te xp̄s qui vocauit
te: & in sinu abrahe angeli deducant te. Offerētes. Se-
quatur oratio sine Dn̄s vobiscū. & sine Orem⁹. Orō.

Tibi dñe commẽdamus animã famuli tui N. vt defunct⁹ seculo tibi viuat: et que per fragilitatem mundane cõuersationis peccata admisit/tu venia misericordissime pietatis absterge. Per christum dominum nostrum. Amen Oremus. Oratio.

Misericordiam tuã dñe sancte pater omnipotẽs eterne de⁹ pietatis affectu rogare p aliis cogimur: qui pro nostris supplicare peccatis nequaq̃ sufficimus: tamen de tua confisi gratuita pietate et inolita benignitate clementiam tuam deposcimus: vt animã famuli tui N. ad te reuertẽtem cum pietate suscipias. Assit ei angelus testamenti tui michael/et per manus sanctorũ angelorum tuorũ in sinu abrahe patriarche tui eam collocare digneris: quatenus liberata de principibus tenebrarum et de locis penarũ/nullis iam primeue natiuitatis vel ignorantie aut proprie iniquitatis seu fragilitatis confundatur erroribus: sed potius agnoscatur a tuis ⁊ sãcte beatitudinis requie perfruatur: atq̧ cum magni iudicij dies aduenerit/inter sctõs et electos tuos aggregata gloria manifeste cõtemplationis tue perpetuo satietur. Per xp̃m dñm. Suscipiat te xp̃s qui vocauit te: ⁊ in sinu abrahe angeli deducant te. Ps. In exitu. totus psalm⁹ dicitur sine Gloria patri/vt inferius patebit: scꝫ in officio sepulture. Quo finito dicat sacerdos Dñs vobiscũ. Oremus. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne de⁹/qui humano corpori animã ad similitudinem tuã inspirare dignatus es: dum te iubẽte puluis in puluerẽ reuertitur: tu imaginẽ tuã cũ sanctis ⁊ electis tuis eternis sedib⁹ p̃cipias sociari: eãq̧ ad te reuertẽtem de egypti partibus blãde leniterq̧ suscipias: ⁊ angelos tuos sanctos ei obuiã mittas viãq̧ illi iustitie demõstra: ⁊ portas glorie

tur illi aperi. Repelle q̄s ab eo oēs principes tenebrarū et agnosce depositū fidele qđ tuū est. Suscipe dn̄e creaturā tuā nō ex diis alienis creatā: sed a te solo deo viuo et vero: quia nō est alius deus preter te dn̄e: & nō est secūdū opera tua. Letifica clemētissime pater aīam serui tui N. & clarifica eā in multitudine misericordie tue. Ne memineris quesumus iniquitatū eius antiquarū & ebrietatum quas suscitauit furor mali desiderij: licet eñ peccauerit tamen te non negauit: sed signo fidei insignitus te qui oīa & eum inter oīa fecisti/fideliter adorauit. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. An. Chorus angelorum. Psalmus.

Dilexi qm̄ exaudiet dn̄s: vocem orationis mee. Quia inclinauit aurē suā michi et in dieb⁹ meis inuocabo. Circūdederūt me dolores mortis: & pericula īferni inuenerūt me. Tribulationē & dolorē inueni: & nomē dn̄i inuocaui. O dn̄e libera aīam meā misericors dn̄s et iustus: et deus noster miseretur. Custodiens paruulos dn̄s: humiliatus sum et liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dn̄s benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu. Placebo domino: in regione viuorum. Psalmus.

Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sū nimis. Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax. Quid retribuam dn̄o: p omnibus que retribuit michi. Calicē salutaris accipiā: & nomen dn̄i inuocabo. Uota mea dn̄o reddam corā omni populo eius: preciosa in conspectu dn̄i mors sanctorum eius. O dn̄e quia ego seruus tuus: ego seruus tuus et filius ancille tue. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomen dn̄i inuocabo.

Uota mea dño reddã in conspectu oīs populi eius: i atrijs domus dñi in medio tui hierusalem. Psalmus.

Laudate dominum omnes gẽtes: laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum. Psalmus.

Confitemini domino quoniã bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nũc israel quoniam bonus: quoniam in seculũ misericordia eiꝰ. Dicat nunc domus aaron: quoniam in seculum misericordia eius. Dicant nunc qui timent dñm: quoniam in seculum misericordia eius. De tribulatione inuocaui dñm: ⁊ exaudiuit me in latitudine dominus. Dñs michi adiutor: nõ timebo quid faciat michi homo. Dominus michi adiutor: ⁊ ego despiciam inimicos meos. Bonum est confidere in dño: ꝙ cõfidere in homine. Bonum est sperare in dño: ꝙ sperare in principibus. Omnes gentes circuierunt me: et in nomine domini qr vltus sum in eos. Circundantes circundederunt me: ⁊ in nomine dñi qr vltus sum in eos. Circũdederũt me sicut apes/ ⁊ exarserũt sicut ignis in spinis: ⁊ in noīe dñi qr vltus sum in eos. Impulsus euersus sum vt caderem: et dominꝰ suscepit me. Fortitudo mea et laus mea dominus: et factus est michi in salutem. Uox exultatiõis ⁊ salutis: in tabernaculis iustorum. Dextera domini fecit virtutem/ dextera dñi exaltauit me: dextera domini fecit virtutẽ. Non moriar sed viuam: ⁊ narrabo opera dñi. Castigans castigauit me dominus: et morti non tradidit me. Aperite michi portas iustitie ⁊ ingressus in eas cõfitebor domino: hec porta dñi iusti intrabunt in eã. Confitebor tibi dñe qm̃ exaudisti me: ⁊ factꝰ es michi ĩ salutẽ.

Lapidem quē reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris. Hec est dies quā fecit dn̄s: exultemus ⁊ letemur in ea. O dn̄e saluū me fac/o dn̄e bene prosperare: bn̄dictus qui venit in noīe dn̄i. Bn̄dicimus vobis de domo dn̄i: deus dn̄s ⁊ illuxit nobis. Cōstituite diē solennem in cōdēsis: vsq₃ ad cornu altaris. Deus meus es tu et cōfitebor tibi: deus meus es tu ⁊ exaltabo te. Cōfitebor tibi dn̄e quoniā exaudisti me: et factus es michi ī salutem. Cōfitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in seculum mīa eius. ps. Beati immaculati. vsq₃ ad Ad dn̄m cum tribularer fine Gloria patri. Finitis p̄s incipiatur añ. Chorus angelorum te suscipiat ⁊ in sinu abrahe collocet te: vt cū lazaro quōdā paupere eternā habeas requiē. Qua finita di. sacer. Oremus.

Diri vulneris nouitate pcussi ⁊ quodāmodo cordibus sauciati/ miam tuā mūdi redēptor flebilibus vocibus imploramus: vt chari nr̄i N. animā ad tuā clementiā (q̄ fons es pietatis) reuertentē blāde leniterq₃ suscipias: ⁊ si quas illa ex carnali cōmercio cōtraxit maculas/ tu deus solita bonitate clementer deleas: pie indulgeas: obliuioni in perpetuū tradas: atq₃ hanc laudem tibi cū ceteris redditurā/ ⁊ ad corpus proprium quādoq₃ reuersurā/ sctōrū tuorum cetibus aggregari precipias. Qui cū deo patre et spiritu sancto viuis. Hic roget sacerdos orare pro eo ita dicēs. Pro anima N. et pro animabus omnium fidelium defunctorum. Pater nr̄. Et ne nos. Sed libera. Requiem eternā dona eis dn̄e. Et lux perpetua luceat eis. A porta inferi. Erue domine. Nō intres in iudiciū cū seruo tuo dn̄e. Quia nō iustificabitur in cōspectu tuo oīs viuēs. Dominus vobiscū. Et cū spū tuo. Oremus. Oratio.

P Artē beate resurrectionis obtineat/vitāq3 eter
nā mereatur habere i celis. Per te saluatoꝛ mū-
di: qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas deus
Per omnia secula seculoꝛum. Amen. Oremus.

D Eus cui soli competit medicinam pꝛestare post
moꝛtē/tribue quesumus: vt anima famuli tui
N. terrenis exuta contagijs/in tue redemptionis par
te numeretur. Oratio.

A Bsolue q̄s dn̄e aīam famuli tui N. ⁊ aīas oīū fi
deliū defūctoꝝ ab oī vīculo delictoꝝ: vt in resur
rectiōis glīa iter sctōs et electos tuos resuscitati respi
rent. Per xp̄m. ¶ Deinde si coꝛpus regis inūcti fuerit
q̄ migrauit ex hoc sc̄lo pꝛimo a suis cubicularijs coꝛp⁹
eiusdē aqua callida siue tepida lauet̄. Deinde balsamo
cū aromatib⁹ vngatur p totū: ⁊ postea in pāno lineo
cerato inuoluat̄: ita tn̄ q facies ⁊ barba illi⁹ tm̄ pateāt
⁊ circa man⁹ ⁊ digitos ipi⁹/dict⁹ pān⁹ cerat⁹ ita sit de
posit⁹ vt q̄libet digit⁹ cū pollice vtriusq3 man⁹ singil
latim isuat̄ p se acsi man⁹ ei⁹ chirothecis lineis essent
cooperte. Deinde coꝛp⁹ induat̄ tunica vsq3 ad talos
lōga: ⁊ desup pallio regali adoꝛnet̄. Barba vero ipsi⁹
decent̄ ꝯponat̄ sup pect⁹ illi⁹: ⁊ postmodū caput cū fa-
cie ipsius sudario serico coopiatur: ac deinde coꝛona re
gia aut diadema capiti eiusd̄. apponat̄. Postea induat̄
man⁹ eius chirothecis cū aurofragijs oꝛnate ⁊ in me
dio digito dextre man⁹ imponat̄ annulus aureus aut
deaurat⁹: ⁊ i dextra manu sua pola rotūda deaurata i
qua virga deaurata sit fixa a manu ipi⁹ vsq3 ad pect⁹
ptēsa: i cui⁹ v̄ge sūmitate sit signū dn̄ice crucis q̄d sup
pect⁹ eiusd̄ pncipis honeste dz collocari In sinistra vo
manu sceptrū deauratū habeat vsq3 ad aurē sinistrā
decenter pꝛotensū: ac postremo tibie ⁊ pedes ipsius call

gis sericis & sandaliis induātur. ¶ Deinde dictꝰ prin-
ceps ita adornatus cū regni sui pōtificibꝰ et magnati
bus cū oī reuerētia et exequiis regalibus honestissime
tradat sepulture. ¶ Si vero corpꝰ alterius fuerit/ tūc
tm̄ lauet corpus aqua tepida vel calida si placeat: & po
stea linteamine mūdo honeste inuoluat: & in pheretro
locet clericis iterū dicētibꝰ ves. de die & de s. ma. & postea
vigi. mortuor: vt infra. Quibꝰ dictis dicāt sine nota
psi seqn. **Uerba mea. Dn̄e ne i.** q̄re ifra i vigi. mortuor.
Dilexi. Credidi. q̄re s. **De pfundis clamaui.** ps. **Uo
ce mea.** Quere infra post laudes mor. quibus finitis
dicatur. a. **Requiē eternā dona eis dn̄e: & lux perpetua
luceat eis. Kyrie eleison. Xp̄e eleison. Kyrie eleison. Pr
noster. Et ne nos. Sed libera. Requiem eternā do-
na eis dn̄e. Et lux perpetua luceat eis. A porta inferi.
Erue domine animas eorum. Non intres in iudiciū.
Quia non iustificabitur. Dominus vobiscum. Et
cum spiritu tuo. Oremus.**


**SUscipe domine animam famuli tui N. ad te re
uertentem: veste quoqꝫ celesti indue eam: & laua
eam sancto fonte vite eterne: vt inter gaudentes gau-
deat: et inter sapientes sapiat: et inter martyres coro-
nata incedat: et inter patriarchas et prophetas profi-
ciat: et inter apostolos christum sequi studeat: & inter
angelos et archangelos claritatem dei videat: & inter
paradisi rutilos lapides gaudium dei possideat/ noti-
tiamqꝫ mysteriorum dei agnoscat: et inter cherubin &
seraphin claritatem dei videat: et inter vigintiquatu
or seniores cantica canticorum audiat: et inter lauan-
tes stolas suas in fonte luminis vestem lauet: et inter
pulsantes portas celestis hierusalem apertas repe-
riat: et inter videntes deum facie ad faciem videat:**

et inter cantantes canticum nouum cantet: ⁊ inter audientes celestē sonum audiat. Per. Alia oratio.


S Uscipe dn̄e animā famuli tui N. quam de ergastulo huius seculi vocare dignatus es: et libera eam de principib⁹ tenebrarum ⁊ de locis penarum: ut absoluta omni vinculo peccatorū quietis ac lucis eterne beatitudine perfruatur: ⁊ inter sanctos ⁊ electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Qui cum deo patre. ⁊c. Anima eius et anime omnium fideliū defunctorꝝ ꝑ misericordiā dei requiescāt in pace. Amen. ¶ Deinde deportetur corp⁹ ad ecclesiam ibidē vel in cemiterio humandum. Quādo deportari debet corpus defuncti ad ecclesiam, in primis sumat sacerdos aspersoriū et aspergat aquam benedictam super corp⁹ et anime interim dicēdo p̄m. De profundis. quo dicto sequatur Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Requiem eternam. A porta inferi. Credo videre. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio. Inclina domine. et oratio Fidelium deus omnium conditor et finiantur sub una cōclusione sic. Qui cum deo patre et spiritu sancto. ⁊c. Requiescant in pace. Amen. ¶ Si vero fuerit corpus mortuum cū processione incipiendum: tunc eodem modo ordinetur processio sicut in simplicibus dominicis: preter ꝙ i hac processione sacerdos ⁊ ministri eius in albis cum amictibus induti incedant: chor⁹ autem in cappis nigris quotidiē. Et cum ad locum destinatum peruenerit processio cadauer ipsum sacerdos aqua benedicta aspergat: et postea thurificet interim dicendo p̄m. De profundis clamaui. vt supra dictum est. ¶ Deinde in redeundo dum deportatur corpus ad ecclesiam: cantetur sequens antiphona cantore incipiente. Antiphonam.

Subuenite. Chorus prosequatur. sancti dei occurrite angeli domini suscipientes animam eius offerentes eam in conspectu altissimi. ℣. Suscipiat te christus qui vocauit te: et in sinu abrahe angeli deducant te.

Repetatur aña Subuenite. deinde dicatur psalmus. De profūdis. & post vnūquēq; ℣. repetat̄ añ. & postea si necesse fuerit dicat̄ eodē ordine. ps̄. In exitu. require post in offi. sepul. deinde in introitu cemiterij vel citius inchoetur. ℟. Libera me domine. et dicatur cum hoc ℣. tantum. Dies illa. require in Dirige. ante laudes. Nunq̄ autem portetur corpus alicuius defuncti circa cemiterium: sed directe in ecclesiam: et si corpus canonici vel alterius magnatis fuerit/in chorum deferatur: si autem/extra chorum in ecclesia post orationem relinquatur. ¶ In introitu ecclesie dicitur hec antiphona cantore incipiente. Antiphona.




In paradisum deducant te angeli in suū cōuentū: su



scipiant te martyres & perducant te in ciuitatē san=



ctam hierusalem. V℞. Requiē eternā dona eis domi=



ne: et lux perpetua luceat eis.

Repetatur antiphona. In paradisum. qua finita sequatur.



Kyrie eleyson. Christe eleison. Kyrie eleyson.

¶ Deinde aspgat sacerd. aqua bñdicta corp⁹ defūcti et thurificet: rogans astantes orare p aīa defuncti ita dicēs. Pro anima N. et p animabus omniū fideliū defunctorū. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. A porta inferi. Erue dñe aīas eorū. Nō intres in iudicium. Qr non iustificabitur. Dñs vobiscū. Oremus. Orō.

Suscipe dñe seruū tuū in bonum habitaculum & da ei requiē in regno celestis hierusalem: vt in sinu abrahe patriarche tui collocatus resurrectionis diē prestoletur: et inter resurgentes ad gloriam resurgat: & cū bñdictis ad dexterā dei pueniēt ib⁹ veniat: et cū possidentibus vitā eternā possideat. Per christum.

Anima eius & anime omnium fidelium defunctorum per dei misericordiam in pace requiescant. Amen. Deinde dicantur solenniter vigilie mortorum et postea cõpl. de die more solito. Ubi vero in die sepulture deportet corpus ad ecclesiam/tunc imediate post predictã orationem Suscipe dñe. dicatur commendatio animarũ solenniter: vt infra post vigilias mortuorũ patebit. et finito ps Domine probasti. statim incipiatur missa pro defunctis. Deinde exeat sacerdos cũ stola et aqua bñdicta ad locum vbi sepeliendus est mortu^9: & signo crucis signet locum: & postea aspergat aqua bñdicta. Deinde accipiat sacerdos fossorium vel aliud instrumentum & aperiat terram in modum crucis ad longitudinem & latitudinem corporis defuncti dicens. Aperite michi portas iustitie et ingressus in eas cõfitebor domino: hec porta domini iusti intrabunt in eam.

Dicant autẽ vigilie mortuorũ quoti. cũ missa in capi. in crastino vsq ad vigil. natiuitatis dñi: nisi in festis. ix. & a crasti. oct. epiph. vsq ad. iij. feriam ante pascha: & in ipsa. iij. feria fiant vigi. mortuorũ cũ ix. lec. incõuẽtu cũ missa in crasti. nisi aliquod duplum festũ impediat: & tunc fiat predictum seruitium in aliqua die precedente ipsius hebdomade que ad hoc vacauerit: videlicet in dñica vel in secũda feria: et sic compleat seruitiũ mortuorũ vsq ad octauas pasche/nisi corpus presens forte contigerit. Post octa. vero pasche non fit seruitiũ mortuorũ in conuẽtu: nisi corpus presens affuerit: vel dies anniuersari^9 vel dies tricennalis cõtigerit/vsq i crastinũ scẽe trinitatis. In crastino autẽ sancte trinitat. & ab hinc quotidie fiat vigilie mortuorũ vsq ad aduentum dñi: nisi per octauas et in octauis assumptionis & natiuitatis beate marie

et dedicatis ecclesie. Canonico vero defuncto/statutum est triginta dierum in conuentu obsequium fieri: et triginta psalteria separatim a quocunque presbytero cantari: reliquos vero cuiuscunque ordinis sint viginti psalteria cantare: et eorum vnumquemque in ebdomada sua priuatim eius anniuersarium celebrare. Impediuntur autem debite vigilie mortuorum per totum annum per festa duplicia in primis et secundis vesperis nisi corpus presens affuerit: et in octa. die epiph. et in aliis octauis quando dicitur hymnus. Saluator mundi. In omnibus etiam aliis festis. ix. lec. et in dominicis et in festis trium lectionum et in octa. in quibus chorus regitur in primis vesperis tantum. Similiter fiat in commemoratione beate marie et sancti loci. Fiant autem vigilie mortuorum cum. ix. psis. ix. antiphonis. ix. lect. quandocunque corpus adest presens vel quando dies anniuersarius vel dies tricennal. contigerit: nisi in tempore paschali. In paschali vero tempore dicunt. iii. psalmi et. iii. lec. cum tribus aiis super psalmos ante lect. qualiscunque nocturnus dicatur: et oes aie super psalmos ad vesperas scilz ad Placebo. et omnes aie super psalmos in laudibus dicatur. Post octauas vero pasche in quacunque feria inchoetur officium mortuorum incipiat a primo nocturno et compleantur duo sequentes nocturni in eadem ebdom. si fieri potest. Siue autem fieri potest siue non: deinceps non seruetur ordo noc. sed feriarum in hoc tempore sicut in aliis temporibus obseruetur. Ita tamen quod quandocunque fit seruitium pro corpore presenti cuiuscunque fuerit: et in anniuersa. et tricennal. episcoporum in predicto tempore semper antiphone. psi. V. lectio. et duo Rta. dicantur de primo nocturno. Sciendum est quod in tempore paschali semper erit tertium R.

Libera me domine de morte. cum his trib⁹ V. scilicet Dies illa. V⁹. Quid ergo. V⁹. Nunc christe. Quando cunqꝫ dicatur hoc predictum R. Libera me dñe. semp reincipiatur post vltimum V. In anniuersariis vero episcoporū/ et quandocūqꝫ corp⁹ adest presens/et i die animarū tantū: tertiū sextū nonū R. debēt repeti ab illis clericis. q̄ V. R. iorū cantauerūt. In quotidianis obsequiis mortuor/videlicet qñ corp⁹ nō est presens vel dies anniuersa. vel tricēnalis nō habet: tunc fiant vigilie mortuor cū tribus lectionib⁹ tantū et ix. ps et vna sola ān. sup ps hoc modo. Ad vesperas vna sola ān. scz Placebo. ps. Dilexi. ps. Ad dñm cū tribularer. ps. Leuaui. ps. De profundis. ps. Confitebor. iij. Repetita ān. post ps: dicat sacerdos executor officij. V. A porta inferi R. Erue dñe aias eorū. ān. Audiui vocē. ps. Magnificat. Sequatur Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pr. nr. Deinde sine pronunciatione. Et ne nos. dicat iste ps sine nota. Lauda aia mea. finito ps dicat sacerd. loco nec habitu mutato. V. Requiē eter. Et lux. A porta. Erue dñe. Credo videre. In terra viuentiū. Dñs vobiscū. Et cū spū tuo. Tres oratiōes dicantur tā ad Placebo. q̄ ad Dirige. sub terminatione quarū. j. pro epis. ij. pro fratribus et sororibus. iij. generalis. Et dicantur iste orationes ad Placebo per totū annū. Or. Deus qui inter apostolicos Oratio. Deus venie Or. Fideliū de⁹. Non dicat Dñs vobiscum. neqꝫ Requiescant in pace sed statim sine inuita. incipiat ān. Dirige tamen qñ Dirige nō dicatur statim post Placebo vt in. xl. et quando orationes pdicte dicant in laud. vt a die aiarū vsqꝫ ad. iiij. feriā ante pascha. tunc dicatur ab ipso sacerdote executore officij. V. Requiescant in pace. sine Dñs vobiscū.

post orationem. Ad Dirige. super omnes ps̄os ante lectiones hec sola antiphona. Dirige. ps̄. Verba mea. ps̄. Dn̄e ne in furore. i. ps̄. Dn̄e deus meus. ps̄. Dn̄s regit. ps̄ Ad te dn̄e leuaui. ps̄ Dominus illuminatio. ps̄. Expectans. ps̄ Beatus qui intelligit. ps̄. Quēadmodum. repetita an̄a post ps̄os sacerdos executor officij dicat. ℣. Complaceat tibi domine vt eruas me. ℞. Domine ad adiuuandū me respice. Pater noster. Deinde dicat sacerd. in audientia. Et ne nos. Chorus. Sed libera nos. Similiter in audiētia oēs lect. legātur in secūda forma ℣. quoqꝫ ℞ior ab ipsis lectoribus dicātur: ita ꝙ. i. ⁊. iij. lec. ex parte chori legātur: ⁊. ij. lc. ex altera parte: ⁊ hec oīa sine nota dicant statim post vespas de die ⁊ de scta maria ante cōple. de die. In lect. legēdis ⁊ ℞ijs cātādis ordo feriarū seruet: videlꝫ die dn̄i. ⁊ fer. iiij. lc. ⁊ ℞ia de. i. noc. ⁊. ii. ⁊. v. fer. lc. ⁊ ℞ia de. ii. noct. ⁊. iii. ⁊. vi. fer. lc. ⁊ ℞ia de. iii. noc. ita tn̄ ꝙ semp i. iii. ⁊ vi. fer. sit tertium ℞. Libera me domīe de viis īferni. In obsequijs mortuorū cū ix. ps̄is et iii. lc. tertium ℞. nunꝗ̄ repetatur. Ante laudes quando sequūtur laud. continue: vt a festo sancte trinita. vsqꝫ ad festū omniū sanctorū: dicat sacerdos hūc ℣. Requiescant in pace. ℞. Amen. In laudibus hec sola ān. Exultabunt domino ps̄. Miserere. ps̄. Te decet. ps̄. Deus deus meus. ps̄ Ego dixi. ps̄. Laudate dominum de celis. Repetita antiphona post psalmos dicat sacerdos versum: Requiem eternam. ℞. Et lux perpetua. ān Ego sū. ps̄ Benedictus. sequat Kyrie eleyson. Christe eleysō. Kyrie eleyson. Pater nr̄. deinde sine pronunciatione Et ne nos. dicatur sine nota iste psalmus Exaltabo te. Deinde dicat sacerdos Requiē eternam. Et lux ppe. A porta iferi, Erue dn̄e, Credo videre. In terra viuē-

tium. Dñs vobiscum. Oremus Oratio. Deus cuius mie. Oratio. Inclina domine aurē.et finiantur sub vna terminatione sic. Per christum dominū nostrū. Sequatur. Oremꝰ. Deinde dicūtur orationes ꝓ defunctis familiaribus ad placitum: quibus expletis sequat̄ oratio generalis in audientia: scilicet. Animabꝰ quesumus domine que terminetur sic. Qui cum deo p̄re ꝛ spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Requiescant in pace. ℟. Amen sine Dñs vobiscū. Quando laudes nō sequūtur continue post lectiones/vt a die animarū vsqꝫ ad iiij. feriā ante pascha: tunc nō dicat̄ ante laudes versiculus. Requiescāt in pace sed post vltimū ℟. dicatur Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleysō. Pater noster sine Et ne nos. deinde dicatur ps̄. Exaltabo sine nota cū ℣. ꝛ orōne que dicende sunt ad laudes alio tp̄e. Laudes vero tunc dicuntur post matu. de die ꝛ de sācta maria supradicto modo/et tunc post p̄m. Benedictus dicitur Kyrie eleysō. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater nr̄ sine Et ne nos cū p̄s. Voce mea ad. cum ℣. ꝛ oratione que dicebātur ad Placebo. ꝛ hec omnia tā ad Placebo. q̄ ad Dirige sine nota dicūt̄. ¶ Sciēdum est q̄ quādocunqꝫ dicitur seruitium mortuorum in conuentu nisi corpus presens fuerit vel anniuersariꝰ ep̄orum vel decanorū: ꝛ nisi ī die aīarū: semꝑ dicit̄ Placebo. sedēdo vsqꝫ ad ān. post p̄os: similiter fiat in laud. Ad Dirige. vero ꝑ totū tēpus sed ꝛ chorꝰ nisi dū ān. suꝑ p̄os ante lectiones dicit̄ vsqꝫ ad inceptionē lec. Ita tū q̄ lec. ꝛ. ℣. ℟iorꝫ stando dicunt̄: ꝛ legātur ab illis clericis scilicet qui dicturi sunt tātum: chorus vero interim sedeat In repetitione aūt noni ℟ii post vltimū ℣. stet chorus vsqꝫ ad. i. ān. incipiendā suꝑ laudes.

Prostratus vero debet esse chorꝰ in omni feria: quan-do de feria agit extra tps pascha. in vigi. mortuorum iii. lec. ad **Placebo**. ex quo dicitur **Kyrie eleison**, donec vltima oratio copleatur: & ad **Dirige**. similiter/ dum di-cit **Pater nr** ante lec. & post vltimum R. quādo nō se-quitur cōtinue laudes. et post p̄m. **Benedictus**. eodē modo quo post p̄m **Magnif** ad **Placebo**. Et hoc sit ge-nerale per totum annum q̄ quoties fiunt genuflexio-nes in choro ad vespas vel ad matutinas diei: totiens fiant in sequētibꝰ obsequiis mortuorū q̄uis fiant. ix. lectiones nisi corpꝰ presens fuerit: vel dies anniuersa. eiusdē eccl'ie episcoporꝫ: tunc em̄ genuflectere chorꝫ nō licet: sed continue stare tenetur ad **Placebo**. quousqꝫ fi-niat: & etiā in singulis nocturnis ad **Dirige**. dum dici-tur orō dn̄icalis ante lec. & i laud. tm̄ ad primum p̄m. scꝫ **Miserere**. & a versiculo ante p̄m. **Bn̄dictꝰ**. quousqꝫ illiꝰ obsequii officiū expleatur. In reliqua psalmodia & in oībus aliis sedere debet. ¶ Sciendū est q̄ in vigi-lia mortuorū nunq̄ fiunt prostrat. in paschali tēpore nec i aliquo festo triū vel. ix. l'c. nec in cōmemoratione btē marie vel sancti loci. nec in oct. nec infra octa. san-ctorꝫ. ¶ Quādo vero corpꝰ adest p̄sēs & in anniuersa-riis ep̄orum oēs clerici stare tenentur ad **Placebo** per totū tēpus/ ad **Dirige**. vt in alio tp̄e/ ad laudes simili-ter p totum tempꝰ nisi ab inceptione p̄s. **Te decet**. vsqꝫ ad R. ante **Benedictꝰ dn̄s**. In vigilia quoqꝫ mortuo-rum. iii. lectio. extra tēpus paschale oēs versiculi dicā-tur a sacerdote executore officii loco nec habitu muta-to. In vigilia mortuorum. ix. l'c. simplici. j. an̄. super psalmos ad **Placebo** in superiori gradu inchoetur: cet. oēs an̄. in prima forma discurrant excepta an̄a super **Magnificat**. & prima an̄a super p̄os ad **Dirige**. & .i. ā.

ad laud. an. sup Benedictus. que in superiori gradu: discurrant. Tres prime lectiones i prima forma legantur: loco nec habitu mutato: sua quoq℞ ℞ia ab eisdem lectoribus cantentur. Tres medie lectiones i.ii. forma cum suis ℞ijs dicantur. Tres ultie lectiones in superiori gradu eodē modo cum suis ℞iis dicant. Ita tñ q secund⁹ V. ultimi ℞ii in eodem gradu ex opposito dicatur. Terti⁹ similiter ex parte chori in eodē gradu dicatur: cetera ut pdictū est sūt exeqnda. ¶ Iste modus servitii mortuorū locū habet in omni anniuersa. ⁊ triginta. post primū diē tringita. ¶ In anniuersa. tamē simplici canonicorū ultimū ℞. a duobus de superiori gradu dicatur ad gradū chori habitu non mutato cū suis tribus V. ¶ In prima quoq℞ die trigin. simplicis canonici eodē modo ultimū ℞. dicat: sed tñ post ultimū V. ℞ii ab ipsis cantorib⁹ ad gradū chori repetat responsoriū ⁊ a choro pcantetur. Preterea sexta lectio i superiori gradu cū suo respōsorio dicatur. ¶ In anniuersariis vero archidiaconorū et subdiaconorū vel succētorū modus servitii fiat sicut in primo trigintali sīplicis canonici. ¶ In anniuersa. cātorū/thesaurar. cancellar. ant. q in simplicibus vigilijs solēt esset i prima forma/in secunda forma discurrāt ceteris ut in die trigintalis de canonico. ¶ In anniuersariis decani simile servitium obseruetur qd de ceteris personis/excepta q tertia lectio in secūda forma/quinta lectio in supiori gradu cū suo responsorio dicatur. ¶ De personis vero ecclesie in episcopos promotis ⁊ aliis ecclesiis fit servitiū in eorū anniuersariis iuxta dignitatē sue exigētiā quā ante promotionē i ecclia Sarisbu. habuerunt. ¶ De aliis vero episcopis extraneis ⁊ p regibus pro quibus fit servitiū: eo modo fiat quo in anniuersa

riis canonici simplicis. ¶ Sciendum tn̄ est q de aliis solū modo fit seruitiū in anniuersariis q̄ scribuntur in martyrologio. Sciendum est aūt q in anniuersariis. iiii. principaliū personarū excellentior sacerdos exequatur officiū. Episcopus vero in anniuersariis episcoporū p̄decessorum officiū exequitur. In anniuersa. et triginṫ. epōr Sarisbu. ecclesie totū seruitiū discurrit more duplicis festi scz Johannis baptiste. habitus tn̄ nō mutetur in legendo vel cātādo. Tabula etiā de lectionibus legendis et Rⁱⁱˢ cantādis disponitur sicut ī predicto festo: excepto q nullū Rm̄. a tribus cātatur nisi nonū. Tertiū quoqꝫ. vi. et. ix. repetantur ab illis clericis qui versū responsorii cantauerunt: lectiones vero nō ī pulpito sed ad gradū chori super lectrinū legātur Executor tn̄ officii ī orationibꝰ dicēdis/locū non mutet nec habitū. Oēs autē versiculi dicātur et respōdeātur sub eodē tono quo in tribus noctibꝰ ante pascha: sed in audientia non respondeantur. ¶ In oībꝰ aliis anniuersariis et trigintalibus. i. aña super primū psalmū ad Placebo. in superiori gradu inchoetur. cetere oēs āe in secunda forma discurrant per ordinem: excepta aña super p̄m. Magnificat. et. i. aña super primū psalmū ad Dirige. et. i. antiphona ad laudes et aña super Bn̄dictus. que in superiori gradu discurrāt. Sex prime lectiōes in. ii. forma legaṅ loco nec habitu mutato. V. quoqꝫ Rior ab eisdē lectoribꝰ canteṅ. Septima lectio cū V. Rii sui et sic deinceps in supiori gradu supradicto modo discurrāt. Ita tamē q. ix. R. a duobus de supiori gradu cātetur ad gradū chori habitu non mutato cū suis V. ¶ Et sciēdū est q sēper dicatur a sacerdote Et ne nos. post Pater noster ante inceptionē lectio. quādoqꝫ dicaṫ seruitium mortuor tā. iii. q. ix.

lectionū. Oēs vero ℞. ab aliquo sacerdote de superiori gradu dicantur sub eodem modo quo in tribus noctibus ante pascha loco nec habitu mutato: vel ab executore officii/ et rñdeat chor⁹ suprȧdicto modo. ¶ Quādo vero fit seruitiū pro corpore presenti non pro canonico: oēs ℞s/ preter quinqȝ principales in secunda forma suprȧdicto modo discurrant: due prime ℞c. cū suis ℣. in. i. forma. iii. ⁊. iiii. in. ii. forma. v. ⁊ sic deinceps in superiori gradu. Singula vero ℞ia a duob⁹ ad caput defuncti ad orientē conuersis habitu non mutato cantentur: vltimū vero responsorium a tribus cū repetitione cantetur loco et habitu suprȧdicto. Ita tamē q̄ ab ipsis cantorib⁹ cantetur ⁊ inchoetur. Singuli vero versiculi a duobus pueris ibidem dicantur habitu non mutato: non respondeantur in audiētia quando dicitur a duobus: cetera vt in aliis vigiliis predictis.




Equiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis.

Si vero fuerit corpus canonici cuiuscunqȝ eodem modo fiat seruitium sicut in anniuersariis episcoporum eiusdem ecclesie. ¶ In vigiliis mortuorum ad vesperas sine Deus in adiutorium. incipiatur in superiori gradu. Antiphona.


Placebo. Euouae. Psalmus

Dilexi quoniā exaudiet dominus vocem ora-
tionis mee. Quia inclinauit aurē suam michi: ꝛ in
diebus meis inuocabo Circundederūt
me dolores mortis: et pericula inferni i-
nuenerunt me. Tribulationē et dolorē
inueni: et nomen domini inuocaui. O dñe libera ani-
mā meā misericors domin⁹ ꝛ iustus: ꝛ de⁹ noster mise
ret. Custodiēs paruulos dñs: humiliat⁹ sū et libera
uit me. Conuertere aīa mea ī requiē tuā: quia dñs bñ
fecit tibi. Qꝛ eripuit aīam meā de morte, oculos meos
a lachrymis: pedes meos a lapsu. ¶ Iste sequēs V. scꝫ
Placebo dño in regione viuorū. eo ꝙ idē est cū ān. se-
quenti: non dicatur ꝓ versu nisi tantū in quotidianis
obsequiis mortuoꝝ qñ vna sola ān. dicitur super psal.
sed finito versu Quia eripuit. immediate sequatur ā.

Placebo domino in regio ne viuorū. ān. Heu me.
Ad dñꝫ cū tribularer cla
maui: et exaudiuit me.
Domine libera animam meā
E.u.o.u.a.e. Psalm⁹. a labiis iniquis: ꝛ a lingua dolo
sa. Quid detur tibi aut quid apponaꝫ tibi: ad linguā
dolosam: Sagitte potentis acute: cū carbonibus de-
solatoriis Heu michi qꝛ incolat⁹ me⁹ prolongat⁹ est:
habitaui cū habitantib⁹ cedar multū incola fuit ani-
ma mea Cum his qui oderunt pacem eram pacific⁹
cum loquebar illis impugnabant me gratis. Aña.




Heu me quia incolatus meus prolongatus est. Vꝰ.



Dominus. E.u.o.u.a.e. ps.

Levaui oculos meos in montes: vnde veniet auxiliũ michi

Auxiliũ meum a domino: qui fecit celum et terram. Non det in cõmotionem pedem tuum: neqꝫ dormitet q̃ custodit te. Ecce non dormittabit neqꝫ dormiet qui custodit israel. Dominus custodit te dñs protectio tua: super manum dexteram tuam. Per diẽ sol non vret te: neqꝫ luna per noctẽ. Dominꝰ custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus. Dominus custodiat introitum tuum ⁊ exitum tuũ: ex hoc nunc ⁊ vsqꝫ in seculum. Antiphona.



Dominꝰ custodit te ab omni malo custodiat animã



tuam dominus. an. Si iniquitates. E.u.o.u.a.e. ps.

De profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes in vocẽ deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit? Qꝛ apud te propiciatio est: ⁊ propter legem tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea i domino. A custodia matutina vsqꝫ ad

noctē: speret israel in domino. Quia apud dominum misericordia: et copiosa apud eū redēptio. Et ipse redimet israel: ex oībus iniquitatib9 eius. Antiphona.



Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis

sustinebit. An. Opera. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo quoniam audisti verba oris mei. In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctū tuum et confitebor nomini tuo. Super misericordia tua et veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum. In quacunqȝ die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi domine oēs reges terre quia audierūt omnia verba oris tui. Et cantent in vijs domini: qm̄ magna est gloria dñi. Quoniam excelsus dominus et humilia respicit: et alta a longe cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me/et super irā inimicorum meorum extendisti manum tuam: et saluum me fecit dextera tua. Dominus retribuet pro me/domine misericordia tua in seculum opera manuum tuarum ne despicias. Antiphona.



Ope ra manuum tuarum domine ne despi cias.

Deinde dicitur versiculus hoc modo.


℟. Erue dñe animas eorum. ¶ Et sciendū est ꝙ quandocunq; corp⁹ presēs fuerit ⁊ in āniuersarijs ⁊ trigintalib⁹ episcopoꝝ Sarisbu. ecclesie. ⁊ in die animarū omnes 𝔳. tā ad Placebo. ꝙ̄ ad Dirige. a duobus pueris pariter stantibus ad orientem cōuersis habitu non mutato/sub tono supradicto cantentur: et sub silentio respondeantur. Ita ꝙ in anniuersarijs et trigintalibus episcoporum/et in die animarū ad gradum chori in medio: et quandocunq; corp⁹ presens affuerit ad caput defuncti dicantur.

A porta inferi.

¶ In omnibus vero alijs anniuersarijs et trigintalibus: et quando vltimo fit seruitium mortuorum ante pascha: omnes versus ab aliquo sacerdote superiori gradu vel ab executore officij loco nec habitu mutato sub tono supradicto dicantur. et tunc semper respōdere chorus sub hoc tono. Responsorium.




Erue domine animas eorum. an. Audiui vocem.



E.u.o.u.a.e. Psalmus.

Magnificat anima mea dñm. Et exultauit spūs meus: in deo salutari meo. Quia respexit humilitatē ancille sue: ecce enim ex hoc beatā me dicent omnes generationes. Quia fecit michi magna qui potens est: et sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: et exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis: ⁊ diuites

dimisit inanes. Suscepit israel puerū suū: recordatus misericordie sue. Sicut locutus est ad patres nostros abrahā et semini ei⁹ in secula. ¶ Nunc thurificetur corp⁹ alicui⁹ defuncti ad Placebo domino. vel ad Dirige domine. secundum vsū ecclesie. Sarisbu. Aña.



Audiui vocem de celo dicentem: beati mortui qui in



domino moriuntur. Kyrie eleyson. Christe eleysō.




Kyrie eleyson. Pater noster. Deinde sine pronunciatione. Et ne nos. dicatur iste psalmus sine nota. Ps.

Lauda anima mea dominū: laudabo dominū i vita mea: psallam deo meo quādiu fuero. Nolite confidere in principibus: nec in filijs hominum in quibus non est salus. Exibit spiritus eius et reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Beatus cuius deus iacob adiutor eius spes eius in domino deo ipsius: qui fecit celum et terram mare et omnia que in eis sunt. Qui custodit veritatem in seculum/facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cecos. Dominus erigit elisos: domin⁹ diligit iustos. Domin⁹ custodit aduenas pupillum et viduam suscipiet: et vias peccatorum disperdet. Regnabit dominus in secula deus tuus syon: in generatione et generationem.

¶ Finito psalmo: dicat sacerdos loco nec habitu mutato hunc versiculum sequentem. Uersus.



Re quiē eternā dona eis domine. Et lux perpetua



luceat eis. A porta iferi. Erue domine animas eor.



Credo videre bona domini. In terra viuētiū. Do-



minus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

¶ Sciendū est q̄ quicūq̧ corp⁹ adest p̄sēs nisi fuerit episcopi/regis/regine/vel alteri⁹ magnatis: sēp dicant sub tono sequēti ꝛ sub vna cōclusione tā ad Placebo. q̄ ad Dirige. quatuor orōnes: quarū Prima sit p corpore p̄nti. Secunda pro episcopis. Tertia p fratrib⁹ et sororibus, Et quarta generalis. ¶ Si vero eodem die dies anniuersarius vel trigintale alicuius non cōplete cōtigerit: tūc sit secūda oratio p illo anniuersario vel trigintali: tertia pro fratribus et sororibus: et quarta gn̄alis. Et si trigintale simul cum anniuersario eodē die cōtigerit: tūc sit secūda oratio pro illo trigintali: tertia pro anniuersario: et quarta generalis. ¶ Tamē hoc nō vsitatū est in eccl'ia Sarisbu. immo differātur ibidem huiusmodi solēnitates: ꝛ vnaqueq̧

per solennitas celebretur: licet in ecclesijs parrochiali-bus fieri nō valeat. ¶ Similiter in omnibus anniuer-sarijs vel trigintalibus semper dicantur quatuor ora-tiones sub vna conclusione: tam ad **Placebo.** quā ad **Dirige.** quarū prima sit p illo anniuersario vel trigin-tali: secūda pro episcopis: tertia pro fratribus & soror-bus: & quarta gñalis. ¶ Pro corpore pñti cuiuscunqꝫ fuerit tā ad **Placebo.** qꝫ ad **Dirige.** dicit hec Oratio.

DEus cui pprium est misereri sēp & parcere/ te sup-plices deprecamur p aīa famuli tui vel famule tue N. quam hodie de hoc sclo migrare iussisti: vt non tradas eā in manib⁹ inimici nec obliuiscaris i fi-nē: sꝫ iubeas illā ab angelis sctis suscipe: atqꝫ ad regionē viuorū pduci/ & qꝛ in te sperauit et credidit/ sctōꝝ tuorum mereatur societate letari.

¶ In anniuersario de quocunqꝫ fuerit ad **Placebo.** tantum dicatur hec sequens Oratio.

DEus indulgentiarū domine da anime famuli tui vel famulorum tuorū N. cuius vel quorum anniuersarium depositionis diem commemoramus: refrigerij sedem quietis beatitudinem/ luminis clari-tatem. ¶ Pro trigintali complendo vel completo seu commemoratione vnius defuncti vel plurimorū tam ad **Placebo.** qꝫ ad **Dirige.** dicitur hec Oratio.

DEus cui proprium est misereri semp & parcere/ propiciare anime famuli tui vel famule tue N. et omnia ei⁹ peccata dimitte: vt mortis vinculis abso-lutus vel absoluta/ transire mereatur ad vitā. ¶ Pro episcopis defunctis ad **Placebo.** tm̄ dicitur ista Or.

DEus q̄ inter apłicos sacerdotes famulos tuos pontificali fecisti dignitate censeri/ psta q̄s vt quorū vicē ad horā gerebant in terris: eorū perpetuo

cōsortio letētur in celis. ¶ Pro fratribus et sororibus nostris ad Placebo tantū dicitur ista sequens Oro.

DEus venie largitor et humane salutis auctor quesumus clementiā tuā: vt nostrarū cōgregationū fratres et sorores q ex hoc sclo transierūt: intercedēte btā maria semp virgine et btō michaele archāgelo cū oībus sctis ad ppetue btitudinis cōsortiū pvenire cōcedas. ¶ Oratio gñalis ad Placebo tm̄ dicenda. Oro.

FIdelium deus omnium conditor et redemptor/ animabus oīm fideliū defunctorum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt piis supplicationibus con-



sequātur. Qui cū deo patre et spiritu sctō viuis et re-



gnas deus. Per omnia secula seculorum. ℞. Amen. Non dr. Dominus vobiscū neqz Requiescant in pace sed absqz interuallo incipiant matutine mortuorū: vt patet inferius. Tamen qñcunqz non dicitur Dirige. statim post Placebo. vt in die aīarū. et in lx. et quando orationes predicte dicunt in laudibus: vt a die aīarum vsqz ad quartam feriā ante pascha: tūc finita oratiōe Fidelium. vt supradictum est: statim dicat sacerdos executor officii sine Dominus vobiscum. Hoc modo.



¶ In quotidianis tn̄ obsequiis mortuorū tertia lectio


Requiescant in pace. ℞. Amen. semper sine nota dr

catur & rñdeat. Ad matutinas mortuorũ non dicitur. Domine labia. nec Deus in adiutoriũ. sed sine inuitatorio & sine psalmo. Uenite. incipiat antiphona in superiori gradu hoc modo. In primo nocturno. Aña.




Uerba mea auribus percipe domine intellige clamorem meum.

Dirige. E.u.o.u.a.e. ps. Intende voci orationis mee rex meus & deus meus. Quoniã ad te orabo domine: mane exaudies vocem meã. Mane astabo tibi et videbo: quoniam non deus volens iniquitatem tu es. Neqꝫ habitabit iuxta te malign⁹ neqꝫ permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes qui operantur iniquitatẽ: perdes omnes qui loquũtur mendacium. Uirum sanguinum & dolosum abominabitur dominus: ego autem in multitudine misericordie tue. Introibo in domũ tuã: adorabo ad templũ sctm̃ tuũ in timore tuo. Dñe deduc me in iusticia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viã meã Quoniã non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est. Sepulchrum patẽs est guttur eorũ: linguis suis dolose agebant iudica illos de⁹. Decidãt a cogitationibus suis: secũdum multitudinem impietatum eorum expelle eos: qm̃ irritauerunt te dñe. Et letentur omnes qui sperãt in te: in eternum exultabũt & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomẽ tuum: quoniam tu benedices iusto. Dñe vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Aña.



Diri ge domine de us meus in conspectu tuo



viam meam. An. Convertere. E.u.o.u.a.e. Ps.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miserere mei domine quoniam infirmus sum sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu domine usquequo. Convertere domine et eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi. Laboravi in gemitu meo lavabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Turbatus est a furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit dominus vocem fletus mei. Exaudivit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit. Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei convertantur et erubescant valde velociter. Antiphona.



Convertere domine et eripe animam meam: quoniam non est



in morte qui memor sit tui. An. Nequando. E.u.o.u.a.e. Ps.

Domine deus meus in te speravi: salvum me fac ex omnibus persequentibus me et libera me. Nequando rapiat ut leo animam meam: dum non est qui redimat neque qui salvum faciat. Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuenti-

bus michi mala decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus aiam meã/ & cõprehendat et cõculcet i terra vitã meã: et gloriã meã in puluerem deducat. Exurge domine in ira tua: et exaltare in finibus inimicorũ meorum. Et exurge dñe deus me⁹ in precepto quod mãdasti: & synagoga populorum circũdabit te. Et propter hanc in altũ regredere: dñs iudicat populos. Iudica me dñe secundũ iustitiam meam: et secundũ innocẽtiã meã super me. Consumetur nequitia peccatorum & diriges iustum: scrutans corda & renes deus. Iustum adiutoriũ meũ a dño: qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iust⁹ fortis & patiens nunquid irascitur per singulos dies? Nisi cõuersi fueritis gladiũ suũ vibrauit: arcũ suũ tetendit & parauit illũ. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturit iniustitiã concepit dolorẽ: & peperit iniquitatem. Lacum aperuit et effodit eũ: et incidit in foueã quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: et in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor dño secundum iustitiam eius: et psallam nomini domini altissimi. Antiphona.





℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aĩas eorũ. Pater nr̃. Deinde

qui redimat/ neq̃ q̃ saluũ faciat. dicat sacerdos in audiẽtia sub tono ɔsueto. Et ne nos. Chor⁹ sileñ in audiẽtia sub eodẽ tono rñdeat. Sz libera nos. ꝑ totũ ãnũ obseruat̃ i obseq̃is mortuorum nota dicendis qualitercũq̃ no

cturn⁹ dr: ac etiā i die aiarū. An Re. nō dicat Jube dñe bñdicere. hec Tu autē dñe. sed ex verbis lect. finem faciāt lectores: vt ifra patebit in lectione seqnti. Lectō. j.

Parce michi domine/nichil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum: aut qd apponis erga eum cor tuū? Uisitas eū diluculo: et subito probas illū. Usqquo nō parcis michi: nec dimittis me vt gluttā saliuā meā. Peccaui. Quid faciā tibi o custos hoim. Quare posuisti me cōtrariū tibi: et factus sum michimetipsi grauis? Cur nō tollis pctm meū et quare nō aufers iniquitatē meam? Ecce nunc in puluere dormio: et si mane me qsieris. Et finiat sic

nō subsistam.

Eodem modo finiant omnes lectiones preter secundam. Rl. Credo q redemptor


me us vi uit et in nouissimo di e

de ter ra surre cturus sum. Et in carne

me a vide bo de um saluato-

rem me um. V. Quē visurus sum ego






Lectio sectida.

Tedet animam meam vite mee: dimittam adversum me eloquium meum. Loquar in amaritudine anime mee/dicam deo. Noli me cōdemnare. Indica michi cur me ita iudices. Nunquid bonum tibi videtur si calumnieris et opprimas me opus manuum tuarum et cōsilium impiorum adiuves: Nunquid oculi carnei tibi sūt: aut sicut videt homo ꝙ tu videbis: Nūquid sicut dies hominis dies tui/et anni tui sicut humana sunt tempora: Ut queras iniquitatem meam ꝙ peccatū meum scruteris: et scias quia nichil impiū fecerim cū sit nemo q̄ de manu tua possit eruere.










Qui venturus es iudicare vivos et mortu-



os et secu lũ per i gnẽ. Tu eis. Lectio.iii.

Manus tue domine fecerunt me et plasmaverũt me totum in circuitu: et sic repente precipitas me. Memento queso q sicut lutum feceris me: et in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me et sicut caseum me coagulasti. Pelle et carnibus vestisti me: ossibus et nervis compegisti me. Uitam et misericordiam tribuisti michi/et visitatio tua custodivit spiritum meum. Responsorium.



Domine quando vene ris iu di ca re ter-



rã ubi me abscon dã a vultu i re




tu e. Quia peccavi ni mis in vita



me a. V. Commissa mea pavesco et



ante te erube scor: dum veneris iudicare noli me



condemna re. Quia.

Quādocūq corpus adest presens: et i anniuer. episcoporū tm̄: ac etiā i die aīarū repetatur. iij. vi. ⁊. ix. R̷. ab illis clericis qui. V. respōsoriis precedētis cantauerunt.

Jn secundo nocturno. Antiphona.



Dominus regit me et nichil michi deerit: i loco pascue ibi me collocauit. Jn loco. E.u.o.u.a.e. ps. Sup aquā refectionis educauit me aīaz meā ꝯuertit. Deduxit me sup semitas iustitie: ppt nomē suū. Nā ⁊ si ābulauero i medio vmbre mortis nō timebo mala qm̄ tu mecū es. Uirga tua ⁊ baculus tuus ipsa me ꝯsolata sūt. Parasti i cōspectu meo mēsā aduersus eos q̄ tribulāt me. Impinguasti i oleo caput meū: ⁊ calix meus iebriās q̄ preclarus est. Et mīa tua subsequetur me: oībus diebus vite mee. Et vt inhabitē i domo dn̄i: in longitudinē dierū. an.



Jn loco pascue ibi me collocauit. ā. Delicta. Euouae.

Ad te dn̄e leuaui aīaz meā: deus meus i te ꝯfido nō erubescā. Neq irrideāt me iimici mei: etenim vniuersi q̄ sustinēt te nō confundentur. Confundant oēs iniqua agētes superuacue. Uias tuas ps.

dñe demõstra michi: et semitas tuas edoce me. Dirige me ĩ veritate tua et doce me: q2 tu es de9 saluator me9 ⁊ te sustinui tota die. Reminiscere miserationũ tuarũ dñe: ⁊ mia2 tuarũ q̃ a sc̃lo sũt. Delicta iuuẽtutis mee: ⁊ ignorantias meas ne memineris. Secũdũ miam tuã memento mei tu: propter bonitatem tuam dñe. Dulcis ⁊ rectus dñs: propter hoc legẽ dabit delinquẽtib9 in via. Diriget mãsuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Uniuerse vie domini mia ⁊ veritas: reqrẽtib9 testamẽtũ ei9 ⁊ testionia eius. Propter nomẽ tuũ dñe propiciaberis pctõ meo: multũ est enim Quis est homo q̃ timet dñm: legẽ statuit ei ĩ via quã elegit. Aia ei9 ĩ bonis demorabit: et semẽ ei9 hereditabit terrã. Firmamẽtũ est dñs timẽtib9 eũ: ⁊ testamẽtũ ipsi9 vt manifestet illis. Oculi mei semp ad dñm qm̃ ipse euellet de laq̃o pedes meos. Respice in me et miserere mei: q2 vnic9 ⁊ pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me. Uide hũilitatẽ meã ⁊ laborẽ meum: et dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos qm̃ multiplicati sũt: ⁊ odio iniquo oderũt me. Custodi aiam meã ⁊ erue me nõ erubescã qm̃ speraui ĩ te. Innocẽtes ⁊ recti adheserunt michi q2 sustinui te. Libera deus israel: ex omnibus tribulationibus suis. aña.



Delicta iuuentutis mee ⁊ ignorãtias meas: ne me-



mineris domine añ. Credo videre. E.u.o.u.a.e.ps.

Dominus illuminatio mea ꝛ salus mea: quē time-
bo? Dñs protector vite mee: a quo trepidabo?
Dū appropiāt sup me nocētes: vt edāt carnes meas.
Qui tribulāt me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceci-
derūt. Si cōsistāt aduersū me castra: non timebit cor
meū. Si exurgat aduersū me prelium: in hoc ego sperabo.
Unā petij a dño hāc requirā: vt inhabitem in domo
dñi oībus diebus vite mee. Ut videā voluptatē dñi: ꝛ
visitē templum eius. Qm̄ abscōdit me in tabernacu-
lo suo in die malorū: protexit me in abscōdito tabernacu-
li sui. In petra exaltauit me: et nunc exaltauit caput
meū sup inimicos meos. Circuiui ꝛ immolaui in ta-
bernaculo ei⁹ hostiā vociferationis: cantabo et psal-
mum dicā dño. Exaudi dñe vocē meā qua clamaui
ad te: miserere mei ꝛ exaudi me. Tibi dixit cor meum
exquisiuit te facies mea: faciē tuā dñe requiram. Ne
auertas faciē tuā a me: ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor me⁹ esto ne derelinquas me: neqꝫ despicias
me de⁹ salutaris me⁹. Quoniā pater meus et mater
mea dereliquerunt me: dñs autem assumpsit me. Le-
gē pone michi domine in via tua: ꝛ dirige me in semita
recta propter inimicos meos. Ne tradideris me in aīas
tribulantiū me: qm̄ insurrexerunt in me testes iniqui:
et mētita est iniquitas sibi. Credo videre bona domi-
ni in terra viuentium. Expecta dñm viriliter age: et
confortetur cor tuum ꝛ sustine dominū. Antiphona.



Credo videre bona dñi in terra viuētiū.

℣. In memoria eterna erūt iusti. ℟. Ab
auditione mala non timebunt. Lectio quarta.


Quātas habeo iniqtates ꝛ pctā scelera mea atqꝫ


delicta ostende michi. Cur faciē tuā abscōdis: et arbitraris me inimicū tuū: Cōtra foliū quod vēto rapitur ostendis potentiā tuā: ꝛ stipulā siccā persequeris. Scribis enī contra me amaritudines: et consumere me vis peccatis adolescētie mee. Posuisti in neruo pedē meū et obseruasti omnes semitas meas: ꝛ vestigia pedum meorū cōsiderasti. Qui quasi putredo consumendus sum: ꝛ quasi vestimentū quod comeditur a tinea. R̸.














Lectio quinta

Homo natus de muliere/breui viuens tpe repletur multis miserijs: q̄ quasi flos egredit̄ & cōterit̄ et fugit velut vmbra: & nūq̄ ī eodē statu pmanet. Et dignū ducis sup huiuscemodi apire oculos tuos & adducere eū tecū ī iudiciū: q̄s potest facere mūdū de imūdo cōceptū semine: Nōne tu q̄ sol⁹ es: Breues dies hois sūt nūer⁹ mensiū ei⁹ apd̄ te est. Cōstituisti termīos eius: q̄ pteriri nō poterūt. Recede ergo paululū ab eo vt q̄escat donec optata veniat: & sicut mercenarij dies ei⁹.




R. Ne recor de ris peccata me a do mi-



ne. Dum vene ris iudica re



se culum per i gnem. V. Dirige




do mine deus me us in conspectu tuo



vi am me am. Dum vene ris. Lectō sexta.

Quis michi hoc tribuat vt ī inferno ptegas me: et abscōdas me donec ptrāseat furor tu⁹ & cōstituas michi ipsi quo recorderis mei. Putasne mortu⁹


hō rursū viuat. Cūctis dieb⁹ quibus nūc militō: expe
cto donec veniat imutatio mea. Uocabis me, ⁊ ego re
spōdebo tibi. Operi manuū tuarū porriges dexterā Tu
quidē gress⁹ meos dinumerasti sed parce pctīs meis.



R. Dn̄e secundū actū me um noli me iudi-



ca re nichil dignū in conspectu tu o



e gi. Ideo de pre coꝛ ma iestatem



tu am vt tu deus dele as iniqui-



ta tem me am. Uersus.



Amplius laua me de⁹ ab iniustitia me a ⁊ a



delicto meo mūda me qꝛ tibi so li pecca ui.



I deo. Aña. Complaceat. E.u.o.u.a.e. ps.

Expectãs expectaui dñm: et intendit michi. Et exaudiuit preces meas: et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis. Et statuit supra petrã pedes meos: et direxit gress9 meos. Et imisit in os meũ cãticũ nouũ: carmen deo nr̃o. Uidebũt multi et timebũt et sp̃abũt in dño. Btũs vir cui9 est nomẽ dñi spes ei9: et nõ respexit in vanitates et i sanias falsas. Multa fecisti tu dñe de9 me9 mirabilia tua: et cogitationib9 tuis nõ est q̃ similis sit tibi. Annũciaui et locut9 sũ multiplicati sũt sup numer. Sacrificiũ et oblationẽ noluisti: aures autẽ p̃fecisti michi. Holocaustũ et p̃ pctõ nõ postulasti: tunc dixi ecce venio. In capite libri scriptũ est de me/ vt facerẽ voluntatẽ tuã de9 me9 volui: et legẽ tuã in medio cordis mei. Annunciaui iustitiã tuã in ecclesia magna: ecce labia mea non p̃hibebo dñe tu scisti. Iusticiã tuã non abscõdi in corde meo: veritatẽ tuã et salutare tuũ dixi. Nõ abscõdi miam tuã et veritatẽ tuã: a consilio multo. Tu aũt dñe ne lõge facias miserationes tuas a me: mia tua et veritas tua semp susceperũt me. Qm̃ circũdederũt me mala quorũ nõ est numer9 cõprehẽderũt me iniquitates mee et nõ potui vt viderẽ. Multiplicate sũt super capillos capitis mei: et cor meũ dereliquit me. Cõplaceat tibi dñe vt eruas me: dñe ad adiuuãdũ me respice. Cõfũdant et reuereant simul: q̃ q̃rũt aĩam meã vt auferãt eã. Cõuertant retrorsũ et reuereant: qui volũt michi mala. Ferãt cõfesti cõfusionẽ suã/ q̃ dicũt michi euge euge. Exultẽt et letent sup te oẽs q̃rentes te et dicãt sẽp ma

gnificet dñs q̄ diligūt salutare tuū. Ego aūt mendicꝰ sū ⁊ pauper: dñs sollicitꝰ est mei. Adiutor meus et protector meus tu es: deus meus ne tardaueris. Aña.





Cōplaceat tibi domine vt eripias me ad adiuuan



dū me respice. a. Sana dñe. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

Beatus q̄ intelligit sup egenū ⁊ pauperē: in die mala liberabit eū dñs. Dñs ꝯseruet eū et viuificet eū ⁊ beatū faciat eum in terra: et non tradat eum in animā inimicorum eiꝰ. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi dñe miserere mei: sana animā meam qꝛ peccaui tibi. Inimici mei dixerūt mala michi: quādo morietur ⁊ peribit nomen eiꝰ. Et si igrediebatur vt videret vana loquebatur: cor eiꝰ congregabit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras: ⁊ loquebatur in idipsum. Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala michi. Verbū iniquum constituerunt aduersū me: nūqd q̄ dormit nō adijciet vt resurgat: Etenim hō pacis mee in quo speraui: q̄ edebat panes meos magnificauit sup me supplātationē. Tu autē dñe miserere mei ⁊ resuscita me: ⁊ retribuam eis. In hoc cognoui qm̄ voluisti me: qm̄ non gaudebit inimicꝰ meꝰ super me. Me autem propter innocentiam suscepisti et confirmasti me in conspectu tuo in eternum. Benedictus deus israel a seculo et in seculum: fiat fiat. Aña.





Psalmus.

Quemadmodũ desiderat ceruꝰ ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit aĩa mea ad deum fontem viuum: quando veniam et apparebo ante faciẽ dei. Fuerunt michi lachrime mee panes die ac nocte: dũ dicitur michi quotidie vbi est deꝰ tuus. Hec recordatus sum ⁊ effudi in me aĩam meam: qm̃ transibo in locum tabernaculi admirabilis vsqꝫ ad domum dei. In voce exultationis ⁊ confessionis: sonus epulantis. Quare tristis es aĩa mea: ⁊ quare cõturbas me? Spera in deo qnoniam adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. Ad meipsũ anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra iordanis ⁊ hermonii a monte modico. Abyssus abyssũ inuocat: ĩ voce catharactarum tuarum. Oĩa excelsa tua ⁊ fluctus tui super me transierunt. In die mãdauit dominꝰ misericordiam suam: ⁊ nocte canticũ eius. Apud me oratio deo vite mee: dicã deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei/et quare contristatus incedo: dum affligit me inimicus? Dũ cõfringũtur ossa mea: exprobrauerunt michi q̃ tribulãt me inimici mei. Dũ dicũt michi per singulos dies: vbi est deus tuus? Quare tristis es aĩa mea: ⁊ quare conturbas me. Spera ĩ deo quoniam adhuc cõfitebor illi salutare vultus mei ⁊ deus meus. Aña.



Si ti uit anima mea ad deum viuum/quando ve=




niã/ & apparebo ante faciem dñi. V. Requiem eter=
nã dona eis dñe. R. Et lux ppetua luceat eis. R. vij.


Spiritꝰ meus attenuabitur: dies mei breuiabun=
tur: & solũ michi superest sepulchrum. Non pec
caui: & in amaritudinibꝰ moratur oculus meus. Libe
ra me domine & pone me iuxta te: & cuiusuis manꝰ pu
gnet contra me. Dies mei trãsierũt: cogitationes mee
dissipate sunt torquẽtes cor meũ. Noctem verterunt
in diem & rursum post tenebras spero lucem. Si susti=
nuero infernus domus mea est: et in tenebris straui le=
ctulum meum. Putredini dixi: Pater meus es: mater
mea & soror mea vermibꝰ. Ubi est ergo nunc prestola=
tio mea: & patiẽtia mea: Tu es domine deꝰ meus. R.



Peccãtẽ me quoti die & nõ penitẽ tẽ timor mor=




tis cõtur bat me. Q2 i iferno nulla est re dẽptio




miserere me i deꝰ & salua me. V. Deus

q ij



in nomine tuo saluū me fac do mine: et in virtute



tua li bera me. Quia in. Lectio octaua.

PEllis mee consūptis carnibus adhesit os meū: et derelicta sunt tm̄modo labia circa dentes meos Miseremini mei miseremini mei: saltē vos amici mei qꝛ man⁹ dn̄i tetigit me Quare psequimini me sicut de⁹ ⁊ carnibus meis saturamini: Quis michi tribuat vt scribant sermones mei: Quis michi det vt exarentur in libro stilo ferreo: aut plūbi lamina: vel celte sculpantur in silice: Scio enī qꝙ redēptor meus viuit: ⁊ in nouissimo die de terra surrectur⁹ sum: ⁊ rursū circundabor pelle mea: et in carne mea videbo deū saluatorem meū. Quē visur⁹ sū egoipse: ⁊ oclī mei ꝯspecturi sunt: ⁊ non ali⁹. Reposita est hec spes mea in sinu meo. R.




Requiē e ter nā dona e is domi




ne. Et lux perpetua lu ceat




e is. V. Qui la zarum resuscitasti a monu=







Lectio nona.

Quare de vulua eduxisti me: qui vtinā cōsūptus essem: ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem: de vtero translatus ad tumulum. Nunquid nō paucitas dierū meorum finietur breui? Dimitte ergo me dn̄e vt plangā paululū dolorē meū anteq̄ vadā: et nō reuertar ad terrā tenebrosā et opertā mortis caligine. Terram miserie et tenebrarum / vbi vmbra mortis: et nullus ordo sed sempiternus horror inhabitās. ℞.













Dies illa dies i re calamitatis & miserie dies magna




et amara val de. Quando celi.


Et dicitur vsq; ad Dum veneris. tantū. Versus.



Quid ergo miserrim⁹ quid dicā vel quid faciā dū nil



boni perferam ante tan tum iudicem: Dum ve. ℣⁹.



Nunc christe te peti m⁹ miserere q̄sumus: qui venisti



redimere perditos noli damnare redēptos. Dū ve.


¶ Deinde repetatur respōsorium Libera me domine quod per totum annum obseruetur quandocunq; corpus adest p̄sens: & ī anniuersariis & trigintalib⁹ epōr & quatuor personarū principaliū scz decani/cātoris cācellarii/thesaurarii: & ī die aīarum tm̄. In oīb⁹ vero aliis vigiliis mortuorum ī quibus dicitur predictum ℞. tunc finito vltimo ℣su: nō dicatur Dum veneris. sed statim reincipiatur ℞. Libera me domine. & repeta

tur vsq in finem. ¶ Quandocunq corpus adest pñs et in omnibus anniuersariis et trigintalibus/ et quando vltimo fit seruitium mortuorum ante pascha: ac etiã in die animarum: semper erit predictum. ℟. Libera me domine de morte. vltimum: et semper dicitur cum tribus Usib⁹. supradictis nisi in die animarũ tantum: tunc enim dicetur cum his versibus. Dies illa. Quando celi. vt supra. Uersus.

Ardẽtes ani me flent sine fi ne: flent sine fine ãbulã tes p tenebras dicuntq singule ve ve ve quãte sunt tenebre. Dum ve. ℣. Creator omniũ rerũ de⁹ qui me de limo ter re formasti et mirabiliter sãguine pprio re demisti corp⁹ q meũ licet modo putrescat de sepulchro facies i die iudicij resuscitari: exaudi exaudi me vt



ℭ Deinde repetatur ℟. vt supra dictum est. In omni vero. iii. & v. fer. per annū qn̄cunqꝫ fuerit vigilia mortuorū cū. ix. psal. & iij. lec. tm̄. tunc sit hoc tertiū. ℟. Libera me dn̄e de vijs inferni. Qui portas ereas cōfregisti & visitasti infernū & dedisti eis lumē vt viderent te q̄ erant in penis tenebrarū. ℣. Clamātes & dicētes: aduenisti redemptor noster. Qui portas. ℭ Nō repetatur hoc respōsoriū. Deinde dicat sacerdos executor officij ante laudes loco nec habitu mutato hunc versm̄.



Iste vers⁹ p̄dict⁹ dicatur semp āte laudes supradicto modo nisi a die aſarū vsqꝫ ad quartam feriam ante pascha/ nā tunc non sequuntur laudes cōtinue post Dirige. sicut infra patebit. In laudib⁹. Aña



Miserere mei de⁹ secūdū magnā m̄iam tuā. Et secūdū multitudinē miserationū tuarū: dele iniquitatē meā. Amplius laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo mūda me. Quoniā iniquitatē meam ego cognosco: & peccatū meum contra me est semp. Tibi soli peccaui & malū corā te feci: vt iustificeris i sermonib⁹ tuis/ & vincas cū iudicaris

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et i peccatis concepit me mater mea. Ecce eni veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti michi. Asperges me dñe hysopo & mundabor lauabis me et sup niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium et leticiã: et exultabũt ossa humiliata. Auerte faciem tuã a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele. Cor mundũ crea in me deus: & spiritum rectũ inoua in visceribus meis. Ne proiicias me a facie tua: et spiritũ sãctũ tuũ ne auferas a me. Redde michi leticiã salutaris tui: et spiritu principali cõfirma me. Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te cõuertẽtur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: & exultabit lingua mea iustitiã tuam. Dñe labia mea aperies: & os meum annũciabit laudẽ tuã. Quoniã si voluisses sacrificium dedissem vtiq holocaustis non delectaberis Sacrificiũ deo spiritus contribulatus: cor cõtritum et humiliatum deus nõ despicies. Benigne fac dñe in bona volũtate tua syon: vt edificentur muri hierusalẽ Tunc acceptabis sacrificiũ iustitie oblationes et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. Añ.



Exultabunt domino ossa humiliata. Aña



Exaudi domine. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

Te decet hymnus deus i syõ: & tibi reddetur votum in hierusalem. Exaudi orationẽ meã: ad te omnis caro veniet. Uerba iniquorũ preualuerũt

super nos: et impietatib⁹ nostris tu ppiciaberis. Beatus quem elegisti et assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tue: sanctū est tēplum tuū mirabile i equitate. Exaudi nos deus salutaris noster: spes oim finiū terre et in mari lōge. Preparans montes in virtute tua accinctus potentia: qui conturbas profundum maris sonum fluctuum eius. Turbabūtur gentes et timebunt qui habitant terminos a signis tuis: exitus matutini et vespe delectabis. Visitasti terrā et inebriasti eā: multiplicasti locupletare eā. Flumē dei repletū est aqs: parasti cibū illoꝝ qm ita est preparatio ei⁹. Riuos eius inebriās multiplica genimina eius: in stillicidijs eius letabitur germinās. Benedices corone anni benignitatis tue: et cāpi tui replebūt vbertate. Pinguescēt speciosa deserti: et exultatiōe colles accigēt. Induti sūt arietes oviū/ et valles abundabūt frumēto clamabūt etem hymnū dicēt. an.




Exaudi domine orationem meā ad te omnis caro



veniet. Aña. Me suscepit. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

Deus deus meus: ad te de luce vigilo. Sitiuit i te aīa mea: q̄ multipliciter tibi caro mea. In terra deserta inuia et inaquosa sic i sācto apparui tibi: vt viderē virtutē tuā et gloriā tuā. Qm̄ melior est mīa tua super vitas: labia mea laudabunt te. Sic benedicam te in vita mea: et in nōie tuo leuabo man⁹ meas. Sicut adipe et pinguedine repleatur aīa mea: et labijs

exultationis laudabit os meū. Sic memor fui tui su
per stratum meum/in matutinis meditabor ī te:quia
fuisti adiutor meꝰ. Et in velamēto alarū tuarū exul
tabo adhesit aīa mea post te:me suscepit dextera tua.
Ipsi vero ī vanū quesierunt aīam meam/introibūt
in inferiora terre:tradentur ī manꝰ gladij partes vul
pium erunt. Rex vero letabitur in deo laudabuntur
oēs qui iurant in eo:quia obstructum est os loquētiū
iniqua. Deus misereatur nostri ꝛ benedicat nobis:il
luminet vultum suum super nos et misereatur nostri.
Ut cognoscamꝰ in terra viam tuam:in oībꝰ gētibꝰ
salutare tuū. Cōfiteātur tibi populi deus:cōfiteātur
tibi populi oēs. Letentur ꝛ exultent gentes quoniā iu
dicas populos in eq̄tate:et gētes in terra dirigis. Cō
fiteantur tibi populi deus confiteātur tibi populi oēs:
terra dedit fructum suū. Benedicat nos deus deꝰ no
ster bn̄dicat nos deus:ꝛ metuāt eū oēs fines terre. an



Me susce pit dextera tua domine. Antiphona.



A porta inferi. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

Ego dixi in dimidio dierū meoꝝ:vadā ad portas
inferi. Quesiui residuū annoꝝ meoꝝ:dixi nō vi
debo dn̄m in terra viuentium. Non aspiciā hoīem vl
tra:ꝛ habitatorem quietis. Generatio mea ablata est
ꝛ ꝯuoluta est a me quasi tabernaculū pastoꝝ. Precisa
est velut a texente vita mea:dum adhuc ordirer succi
dit me. De mane vsqꝫ ad vesperā finies me/sperabā

vsq; ad mane: quasi leo sic contriuit oia ossa mea. De mane vsq; ad vesperā finies me: sicut pull⁹ hirūdinis sic clamabo meditabor vt colūba. Attenuati sūt ocli mei suspiciētes in excelso. Dñe vim patior respōde p me: qd dicā aut qd respōdebit michi: cū ipse fecerim. Recogitabo tibi oēs annos meos: in amaritudine aīe mee. Dñe si sic viuit et in talibus vita spūs mei corripies me ⁊ viuificabis me: ecce i pace amaritudo mea amarissima. Tu aūt eruisti aīam meā vt nō periret piecisti post tergū tuū oīa pctā mea. Q2 nō infernus ꝯfitebitur tibi neq; mors laudabit te nō expectabūt q descēdunt in lacū veritatē tuā. Viuens viuens ipse confitebitur tibi sicut ⁊ ego hodie pater filijs notam faciet veritatē tuā. Domine saluū me fac: ⁊ psalmos nostros cantabimus cūctis diebus vite nostre i domo dñi. Añ.



A porta inferi erue domine animam meam. Aña.



Omnis spiritus. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

Laudate dñz de celis: laudate eū i excelsis. Laudate eū omnes angeli ei⁹: laudate eū oēs virtutes eius. Laudate eū sol ⁊ luna: laudate eū oēs stelle ⁊ lumē. Laudate eū celi celoꝝ: ⁊ aque que sup celos sūt laudēt nomē dñi. Quia ipse dixit ⁊ facta sunt: ipse mādauit ⁊ creata sunt. Statuit ea in eternū ⁊ in seculum seculi: preceptū posuit et nō preteribit. Laudate dñm de terra: dracones ⁊ omnes abyssi. Ignis grādo nix glacies spiritus procellarum: que faciunt verbum ei⁹.


Mõtes & oẽs colles: ligna fructifera & oẽs cedri. Be-
stie & vniuersa pecora serpentes & volucres pennate.
Reges terre & oẽs ppl'i: principes & oẽs iudices terre
Iuuenes & virgines senes cũ iunioribꝰ laudẽt nomẽ
dñi: qr exaltatũ est nomẽ eiꝰ solius. Cõfessio eius sup
celũ & terrã: & exaltauit cornu ppl'i sui. Hymnꝰ oĩbus
sctis eiꝰ: filiis israel pplo approp̃inquãti sibi. Canta-
te dño canticũ nouũ: laus eius in ecclesia sanctorum.
Letet' israel i eo q̃ fecit eũ: & filie sion exultent in rege
suo Laudẽt nomẽ eiꝰ i choro: i tympano & psalterio
psallãt ei. Q̃r beneplacitũ est dño in pplo suo: et exal-
tauit mãsuetos i salutẽ. Exultabũt scti in gl'ia leta-
bunt' i cubilibꝰ suis. Exultatiões dei i gutture eorũ:
& gladii ãcipites i manibꝰ eor. Ad faciẽdã vindictã in
nationibꝰ: icrepatiões i ppl'is Ad alligandos reges
eor i ꝯpedibꝰ: & nobiles eor i manicis ferreis. Ut fa-
ciãt in eis iudiciũ cõscriptũ: gl'ia hec est oĩbꝰ sctis eiꝰ.
Laudate dñm in sctis eiꝰ: laudate eũ i firmamento
virtutis eiꝰ. Laudate eũ in virtutibus eius: laudate
eũ scdm multitudinẽ magnitudinis eius. Laud eũ
i sono tube: laudate eũ i psalterio & cythara. Lauda-
te eũ in tympano & choro: laud eũ in chordis et orga-
no. Laud eũ i cymbalis bñsonãtibꝰ/ laudate eum in
cymbalis iubilationis: oĩs spũs laudet dñm. Añа.




Vꝰ. Requiem eternam
dona eis domine. R. m.
Et lux perpetua luceat
eis. Aña. ps.

aña. Ego sum. E.u.o.u.a.e.

Benedict⁹ dñs deus israel: quia visitauit et fecit redẽptionẽ plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis: ĩ domo dauid pueri sui. Sicut locutus est p os sanctorũ: q̄ a seculo sunt prophetarũ ei⁹. Salutem ex inimicis nr̃is: et de manu oim qui oderunt nos. Ad faciendam mĩam cum patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti. Iusiurandum quod iurauit ad abrahã patrem nostrum: daturum se nobis. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi. In sãctitate ⁊ iustitia coram ipso: omnibus diebus nr̃is. Et tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis eñ ãte faciẽ dñi parare vias eius. Ad dã dã scientiã salutis plebi ei⁹: in remissionẽ pctõrum eorũ. Per viscera mĩe dei nr̃i: in quibus visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his q̄ ĩ tenebris ⁊ ĩ vmbra mortis sedẽt: ad dirigẽdos pedes nr̃os ĩ viã pacis. añ.



Ego sũ resurrectio ⁊ vita: q̄ credit ĩ me etiã si mortu⁹



fuerit viuet: ⁊ om nis q̄ viuit ⁊ credit ĩ me nõ morie-



tur ĩ eternũ. Kyrie eleisõ. Xp̃e eleisõ. Kyrie eleison. Deinde dicatur Pater noster. sine pronunciatione. Et ne nos. et dicatur iste psalmus sine nota hoc modo.

Exaltabo te dñe qm̃ suscepisti me: nec delectasti ĩimicos meos sup me. Dñe deus me⁹ clamaui

ad te: & sanasti me. Dñe eduxisti ab iferno aiam meã saluasti me a descēdētib⁹ in lacũ. Psallite dño sancti eius: et confitemini memorie sãctitatis eius. Qm̃ ira in indignatione ei⁹: & vita in voluntate eius. Ad vesperũ demorabit̃ flet⁹: & ad matutinum leticia. Ego aũt dixi i abũdãtia mea: nõ mouebor in eternũ. Dñe in voluntate tua: pstitisti decori meo virtutē. Auertisti faciē tuã a me: & fact⁹ sũ conturbatus. Ad te dñe clamabo: & ad deũ meũ dep̃cabor. Que vtilitas in sãguine meo: dũ descēdo i corruptionē. Nũquid confitebit̃ tibi puluis: aut annũciabit veritatē tuam. Audiuit dñs et misert⁹ est mei: dñs fact⁹ est adiutor meus. Cõuertisti plãctũ meũ i gaudiũ michi: cõscidisti saccũ meũ & circundedisti me letitia. Ut cantet tibi gl'ia mea & nõ cõpũgar: dñe de⁹ me⁹ i eternũ confitebor tibi

Quo finito dicat sacerd. loco nec habitu mutato. Requiē eter. &c. vts. ad vespas cum or. subscriptis scd3 ordinē & numerũ orationũ q̃ pri⁹ dicebant̃ ad vesperas: videlicet pro corpore presenti orõ Deus cui proprium. maior: vts. ad vesp. In die anniuersario cuiuscunq3 fuerit orõ. Deus cui propriũ. maior/ vts. ad vesperas. Pro trigintali cuiuscũq3 fuerit ad laudes tm̃. Orõ.

Omnipotēs sempiterne de⁹ cui nũq̃ sine spe mie supplicat̃/ propitiare aie famuli tui vel famule tue: vt q̃ de hac vita i tui nominis confessione decessit/ sanctorum tuorum numero facias aggregari.

¶ Pro episcopis defũctis ad laudes tantũ. Oratio.

Deus cui⁹ mie non est numer⁹/ suscipe p aiabus famulor̃ tuor̃ pontificũ sacerdotũ p̃ces nr̃as: & lucis eis letitieq3 regionē i sctõr̃ tuor̃ societate concede. ¶ Pro fratrib⁹ et sororibus ad laudes tm̃. Orõ.

INclina dñe aurẽ tuã ad ꝑces nr̃as qb⁹ miaꝫ tuã supplices deꝑcamur vt aias famulorũ famularũqꝫ tuarũ quas de hoc sclo migrare iussisti: in pacis ac lucis regione cõstituas/ ⁊ sctõꝝ tuorũ iubeas esse



cõsortes. Per xp̃ꝫ dñꝫ nr̃m. ℟. Amẽ. Sequat̃ Orem⁹

¶ Deinde dicitur priuatim oratio pro defunctis familiaribus: vid: licet. Oratio.


DEus qui nos patrem ⁊ matrem honorare precepisti: miserere clementer animab⁹ patrum et matrum nostrorum eorumqꝫ omnia peccata dimitte nosqꝫ eos in eterne claritatis gaudio fac videre.

Uel aliqua alia ad placitum. quib⁹ expletis sequatur oratio generalis in audientia sub eodẽ tono quo orationes priores dicebantur. Oratio.

ANimabus quesumus dñe oĩm fidelium defunctorũ oratio proficiat supplicantiũ: vt eas et a peccatis omnibus exuas: et tue redemptionis facias



esse participes. Qui cũ deo patre ⁊ spiritu sancto vi-



uis ⁊ regnas deus per oĩa secula seculoꝝ. ℟. Amen.



Requiescãt in pace. ℟. Amẽ.

¶ Sciendum ꝙ in vigilijs mortuorũ tã. iij. ꝙ .ix. lect. a die aiarum vsqꝫ ad .iiij. feriã. ante


pascha siue corp⁹ presens fuerit siue nō: fini. vltiꝫ. ℟. nō dicat ℣. Requiescāt in pace. sed statim post vlt. ℟. sequat Kyrie ek. Christe ek. Kyrie ek. Pat nr. Exaltabo. cū ℣. ⁊ or. eodē modo ⁊ ordine sicut i alio tpe anni post laudes dici solēt. Laudes vero tūc dicant post mat. de die ⁊ de sctā maria: ita ꝙ dicta ā. post ps. Benedict⁹. dicat Kyrie ek. Xpe ek. Kyrie ek. Pat nr. Deinde sine pnūciatiōe. Et ne nos. dicat sine nota sequēs ps.

Voce mea ad dn̄m clamaui: voce mea ad dn̄m deprecatus sum. Effundo in cōspectu eius orationē meā: ⁊ tribulationē meā ante ipsum pronuncio. In deficiēdo ex me spiritum meum: et tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulabā: absconderunt superbi laqueū michi. Cōsiderabā ad dexteram et videbam: ⁊ non erat q̄ cognosceret me. Perijt fuga a me: ⁊ nō est qui requirat animam meam. Clamaui ad te dn̄e/ dixi tu es spes mea portio mea in terra viuētium. Intende ad deprecationē meā: quia humiliat⁹ sum nimis. Libera me a persequētib⁹ me: quia cōfortati sunt sup me. Educ de custodia aiam meā ad cōfitēdū noī tuo me expectāt iusti donec retribuas michi.

¶ Quo dicto dicat sacerdos loco nec habitu mutato ℣. ⁊ orationes eodem modo per omnia quo prius docebantur ad vesperas videlicet ad Placebo domino.

¶ Notādū est vero ꝙ qūcunqꝫ p totū annū missa pro corpore p̄senti/ anniuersario/ vel trigintali cuiuscūqꝫ in choro vel in capitulo fuerit celebranda: vbi et missa ibi etiā cōmēdatio aiarū statim post primā āte missā capitularē pro defūctis a toto choro cū nota dicat: incipiente antiphonā aliquo de superiori gradu. Ita tn̄ ꝙ si in die sepulture deportet corp⁹ ad ecclesiā: tūc finita oratione Suscipe dn̄e animam serui tui vel ancille tue

statim sequatᷣ cōmendatio aiarū eodē modo ⁊ ordine sicut post deportationē corporis ad ecclesiā supradictū est. Preterea qūu die p totā .xl. qñ de feria agiᷣ: statim post primā añ missā capitularē dicatᷣ i choro cōmēdatio aiarū: nisi i crastino festorꝫ duplicisū: et hoc sine nota qñ **Dirige.** sine nota precesserit. Et sciendū est ꝙ quā documqꝫ dicatur cōmēdatio animarū: semper dicatur sedendo vsqꝫ ad antiphonā post laudes dicendam.



Beati immaculati in via: qui ambulāt in lege dñi. An. Requiē eternā. E.u.o.u.a.e. Beati q̄ scrutantur testimonia ei⁹: in toto corde exq̄rūt eū. Nō enī q̄ operātur iniq̄tatē: in vijs ei⁹ ambulauerūt. Tu mandasti: mandata tua custodiri nimis. Utinā dirigantur vie mee: ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar: cū perspexero in oīb⁹ mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitie tue. Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsqꝫquaqꝫ. In quo corrigit adolescentior viā suā: in custodiendo sermones tuos. In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mādatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua: vt nō peccē tibi. Bñdict⁹ es dñe: doce me iustificatiōes tuas. In labijs meis pronunciaui: oīa iudicia oris tui. In via testimoniorū tuorū delectat⁹ sum: sicut in oibus diuitijs. In mandatis tuis exercebor: ⁊ cōsiderabo vias tuas. In iustificationib⁹ tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos. Retribue seruo tuo viuifica me: et custodiā sermōes tuos. Reuela oculos meos: ⁊ cōsiderabo mirabilia de lege tua. Incola ego sū in terra: nō abscondas a me mādata tua. Concupiuit aīa mea

desiderare iustificationes tuas: i omni tempore. In=
crepasti superbos: maledicti q̄ declinant a mandatis
tuis. Aufer a me opprobrium ⁊ cōtemptum: quia te
stimonia tua exq̄siui. Etenim sederūt principes et ad
uersum me loquebantur: seruus autē tuus exerceba=
tur in iustificationibus tuis. Nam et testimonia tua
meditatio mea est: ⁊ cōsilium meū iustificationes tue.
Adhesit pauimento anima mea: viuifica me secūdū
verbum tuū. Vias meas enunciaui et exaudisti me:
doce me iustificationes tuas. Viā iustificationū tua
rū instrue me: ⁊ exercebor i mirabilib⁹ tuis. Dormi=
tauit aīa mea pre tedio: confirma me in verbis tuis.
Viā iniquitatis amoue a me: et de lege tua miserere
mei. Viam veritatis elegi: iudicia tua nō sū oblitus.
Adhesi testimonijs tuis domine: noli me cōfundere.
Viā mādatorū tuorū cucurri: cū dilatasti cor meū.
LEgē pone michi dn̄e viā iustificationū tuarū:
⁊ exquirā eā semꝑ. Da michi intellectū ⁊ scru
tabor legē tuā: ⁊ custodiā illā in toto corde meo. De
duc me in semita mandatorum tuorū quia ipsā volui.
Inclina cor meū in testimonia tua: ⁊ nō in auaritiā.
Auerte oclos meos ne videāt vanitatē: i via tua vi=
uifica me. Statue seruo tuo eloquiū tuū: i timore tuo
Amputa opprobriū meū qd̄ suspicatus sū: qꝛ iudicia
tua iocūda. Ecce ꝯcupiui mādata tua i eq̄tate tua: vi
uifica me. Et veniat super me mīa tua dn̄e: salutare
tuū scd̄m eloq̄ū tuū. Et rn̄debo exprobrātibus michi
verbū: qꝛ sꝑaui in sermonibus tuis. Et ne auferas de
ore meo verbū veritatis vsqꝫquaqꝫ: qꝛ in iudicijs tuis
supsꝑaui. Et custodiā legē tuā semꝑ: i scl'm ⁊ in secu
lū scl'i. Et ambulabā in latitudine: qꝛ mandata tua
exq̄siui. Et loq̄bar de testimonijs tuis in cōspectu re

gū: ⁊ nō cōfūdebar. Et meditabar in mandatis tuis:
q̄ dilexi: Et leuaui man⁹ meas ad mādata tua que di
lexi: ⁊ exercebor ī iustificationibus tuis. Memor esto
verbi tui seruo tuo: in quo michi spē dedisti. Hec me
cōsolata est in humilitate mea: qꝛ eloquiū tuum viui-
ficauit me. Superbi inīq̄ agebāt vsqꝫquaqꝫ: a lege autē
tua nō declinaui. Memor fui iudiciorū tuorū a sclo dn̄e
et cōsolatus sū. Defectio tenuit me: p pctōrib⁹ dere-
linquētibus legem tuā. Cantabiles michi erāt iustifi-
cationes tue: in loco pegrinationis mee. Memor fui
nocte noīs tui dn̄e: et custodiui legē tuam. Hec facta
est michi: quia iustificationes tuas exquisiui. Portio
mea dn̄e: dixi custodire legē tuā. Deprecatus sum fa-
ciē tuā in toto corde meo: miserere mei scdm eloquiū
tuū. Cogitaui vias meas: ⁊ conuerti pedes meos in
testimonia tua. Paratus sū ⁊ non sū turbatus: vt cu
stodiā mandata tua. Funes pctōrū circumplexi sunt
me: legē tuā nō sum oblitus. Media nocte surgebā ad
confitendum tibi: sup iudicia iustificationis tue. Par
ticeps ego sū oim timētiū te: ⁊ custodientium manda-
ta tua. Mia tua domine plena est terra: iustificatiōes
tuas doce me. Bonitatem fecisti cū seruo tuo dn̄e: se-
cundū verbū tuum. Bonitatē ⁊ disciplinā ⁊ sciētiam
doce me: qꝛ mādatis tuis credidi. Priusq̄ humiliarer
ego deliqui: propterea eloquiū tuū custodiui. Bonus
es tu: ⁊ in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
Multiplicata est sup me iniquitas superborū: ego aūt
in toto corde scrutabor mādata tua. Coagulatū est
sicut lac cor eorū: ego vero legē tuā meditat⁹ sū. Bo
nū michi qꝛ humiliasti me: vt discam iustificationes
tuas. Bonum michi lex oris tui sup milia auri et ar-
genti. Manus tue fecerūt me et plasmauerūt me: da

michi intellectum vt discam mādata tua. Qui timēt
te videbūt me ⁊ letabūtur: q2 in verba tua supsperaui.
Cognoui dn̄e q2 equitas iudicia tua: ⁊ i veritate tua
humiliasti me. Fiat mia tua vt consoletur me secun=
dum eloquiū tuū seruo tuo. Ueniāt michi miseratio
nes tue ⁊ viuā: q2 lex tua meditatio mea est. Cōfūdā
tur superbi quia iniuste iniquitatem fecerūt in me: ego
autē exercebor in mādatis tuis. Cōuertātur michi ti
mētes te: ⁊ qui nouerūt testimonia tua. Fiat cor meū
immaculatū in iustificationib9 tuis: vt nō cōfundar.
Defecit i salutare tuū anima mea: et i vbū tuū
supersperaui. Defecerūt oculi mei in eloquiū
tuū: dicentes quando consolaberis me. Quia factus
sum sicut vter i pruina: iustificationes tuas nō sū obli
tus. Quot sūt dies serui tui: quādo facies de psequē
tibus me iudicium? Narrauerunt michi iniq̄ fabula
tiones: sed non vt lex tua. Omnia mandata tua veri=
tas: iniqui persecuti sūt me adiuua me. Paulominus
consummauerunt me in terra: ego aūt nō dereliq̄ mā
data tua. Secundū miam tuam viuifica me: et custo
diam testimonia oris tui. In eternū dn̄e: verbū tuū
permanet i celo. In generatiōe ⁊ generationē veritas
tua: fundasti terrā ⁊ pmanet. Ordinatione tua perse=
uerat dies: qm̄ oīa seruiunt tibi. Nisi q2 lex tua medi=
tatio mea est: tunc forte perijssem in humilitate mea.
In eternum nō obliuiscar iustificationes tuas: quia
in ipsis viuificasti me. Tuus sum ego saluū me fac: qm̄
iustificationes tuas exquisiui. Me expectauerunt pec
catores vt perderēt me: testimonia tua intellexi. Om
nis consūmationis vidi finē: latū mādatū tuū nimis.
Quomodo dilexi legē tuā domine: tota die meditatio
mea est. Sup inimicos meos prudētē me fecisti manda

to tuo: quia in eternū michi est. Sup oēs docētes me
intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est Sup
senes intellexi: quia mandata tua quesiui. Ab omni
via mala prohibui pedes meos: vt custodiā verba tua.
A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem posuisti
michi. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: sup
mel ori meo. A mādatis tuis intellexi: propterea odi-
ui omnē viā iniquitatis. Lucerna pedibus meis ver
bū tuū: & lumen semitis meis. Iuraui & statui: custo-
dire iudicia iustitie tue. Humiliat⁹ sū vsquequaq; dn̄e:
viuifica me secūdū verbū tuū. Uoluntaria oris mei
bn̄placita fac dn̄e: & iudicia tua doce me. Anima mea
in manib⁹ meis semper: & legem tuā non sum oblitus.
Posuerūt peccatores laqueum michi: & de mandatis
tuis non erraui. Hereditate acquisiui testimonia tua
in eternū: qꝛ exultatio cordis mei sunt. Inclinaui cor
meū ad faciendas iustificationes tuas in eternū: pro-
pter retributionem. Iniquos odio habui: et legē tuā
dilexi Adiutor & susceptor meus es tu: & in verbū tuū
supsperaui. Declinate a me maligni: & scrutabor mā
data dei mei. Suscipe me secundū eloquium tuum et
viuā: et non confundas me ab expectatione mea. Ad
iuua me & saluus ero: et meditabor in iustificationib⁹
tuis semper. Spreuisti omnes discedentes a iudiciis
tuis: qꝛ iniusta cogitatio eorū. Preuaricantes reputa
ui oēs peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua Cō
fige timore tuo carnes meas: a iudiciis enī tuis timui.
Feci iudiciū & iustitiā: nō tradas me calūniātib⁹ me
Suscipe seruū tuū in bonū: non calūniētur me supbi
Oculi mei defecerūt in salutare tuū: & in eloquiū iusti
tie tue. Fac cū seruo tuo scd̄m m̄iam tuā: et iustifica
tiones tuas doce me. Seru⁹ tuus sum ego da michi

intellectũ: vt sciã testimonia tua. Tẽpus faciẽdi dñe:
dissipauerunt legem tuã. Ideo dilexi mãdata tua: su
per aurum ⁊ topazion. Pꝛopterea ad omnia manda=
ta tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.
Mirabilia testimõia tua dñe: ideo scrutata est ea
aĩa mea. Declaratio sermonũ tuoꝝ illuminat
⁊ itellectũ dat paruulis. Os meũ apui et attraxi spm̃
qꝛ mãdata tua desiderabam. Aspice in me ⁊ miserere
mei: scđꝫ iudiciũ diligẽtiũ nomẽ tuũ. Gressꝰ meos di
rige scđm eloquiũ tuũ: ⁊ nõ dñetur mei omnis iniusti
tia. Redime me a calũnijs hominũ: vt custodiã mãda
ta tua. Faciẽ tuã illumina super seruũ tuũ: ⁊ doce me
iustificationes tuas. Exitus aquarũ deduxerũt oculi
mei: qꝛ nõ custodierũt legẽ tuã. Iustꝰ es dñe: ⁊ rectũ
iudiciũ tuũ. Mãdasti iustitiã testimonia tua ⁊ verita
tem tuã nimis. Tabescere me fecit zelus meꝰ: qꝛ obli=
ti sunt verba tua inimici mei. Ignitũ eloquiũ tuũ ve
hemẽter: ⁊ seruꝰ tuꝰ dilexit illud. Adolescẽtulꝰ sũ ego
⁊ contẽpꝰ: iustificationes tuas nõ sũ oblitꝰ. Iustitia
tua dñe iustitia i eternũ: ⁊ lex tua veritas. Tribulatio
et angustia inuenerũt me: mãdata tua meditatio mea
est. Equitas testimonia tua in eternũ: itellectũ da mi
chi ⁊ viuã. Clamaui i toto corde exaudi me dñe: iustifi
catiões tuas requirã. Clamaui ad te saluũ me fac: vt
custodiã mãdata tua. Pꝛeueni i maturitate ⁊ clama=
ui quia i verba tua supsperaui. Pꝛeuenerũt oculi mei
ad te diluculo: vt meditarer eloqa tua. Vocẽ meã au=
di secũdũ miam tuã dñe: ⁊ secũdũ iudiciũ tuũ viuifica
me. Appꝛopinquauerũt persequẽtes me iniquitati: a
lege autem tua lõge facti sunt. Pꝛope es tu domine: ⁊
omnes vie tue veritas. Initio cognoui de testimõijs
tuis: quia in eternum fundasti ea. Vide humilitatem

meā et eripe me: quia legē tuā nō sum oblit⁹. Iudica
iudiciū meū ⁊ redime me: propter eloquiū tuū viuifica
me. Longe a peccatoribus salus: quia iustificationes
tuas non exquisierunt. Misericordie tue multe domi
ne: secundum iudicium tuum viuifica me. Multi qui
persequuntur me ⁊ tribulāt me: a testimonijs tuis nō
declinaui. Vidi preuaricantes ⁊ tabescebā: quia elo=
quia tua non custodierūt. Vide quoniam mandata
tua dilexi dñe: in misericordia tua viuifica me. Princi
pium verborum tuorum veritas: in eternū omnia iu=
dicia iustitie tue. Principes persecuti sunt me gratis:
et a verbis tuis formidauit cor meū. Letabor ego su
per eloquia tua: sicut q̄ inuenit spolia multa. Iniqui
tatē odio habui ⁊ abhominat⁹ sum: legē autē tuā dile
xi. Septies in die laudē dixi tibi: super iudicia iustitie
tue. Pax multa diligentibus legem tuā: et nō est illis
scandalū. Expectabā salutare tuū domine: ⁊ manda
ta tua dilexi. Custodiuit anima mea testimonia tua:
et dilexit ea vehementer. Seruaui mandata tua et te
stimonia tua: quia omnes vie mee in conspectu tuo.
Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo do=
mine: iuxta eloquium tuum da micht intellectum.
Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum
eloquium tuū eripe me. Eructabunt labia mea hym
num: cum docueris me iustificationes tuas. Pronun
ciabit lingua mea eloquium tuū: quia omnia mādata
tua equitas. Fiat manus tua vt saluet me: quoniam
mandata tua elegi. Concupiui salutare tuū domine:
et lex tua meditatio mea est. Viuet anima mea ⁊ lau
dabit te: et iudicia tua adiuuabunt me. Erraui sicut
ouis que perijt: quere seruū tuū dñe: q̄r mandata tua
non sum oblitus. ¶ Finitis psalmis repetatur Aña.





¶ Deinde dicatur Pater noster. ⁊ sine pronũciatione. Et ne nos inducas. Sequatur sine nota iste psalmꝰ.

DOmine probasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã et resurrectionẽ meã. Intellexisti cogitatiões meas de lõge: semitã meã ⁊ funiculũ meũ inuestigasti. Et oẽs vias meas puidisti: qꝛ nõ est sermo in lingua mea. Ecce dñe tu cognouisti oĩa nouissima ⁊ antiqua: tu formasti ⁊ posuisti super me manũ tuã Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me: cõfortata est ⁊ nõ potero ad eã. Quo ibo a spũ tuo: ⁊ quo a facie tua fugiã: Si ascẽdero in celũ tu illic es: si descẽdero in infernũ ades. Si sũpsero pẽnas meas diluculo: ⁊ habitauero in extremis maris. Etenĩ illic manꝰ tua deducet me: ⁊ tenebit me dextera tua. Et dixi forsitan tenebre conculcabũt me: ⁊ nox illuminatio mea ĩ delicijs meis Qꝛ tenebre nõ obscurabũtur a te/ ⁊ nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eiꝰ ita et lumen eius. Qꝛ tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee. Confitebor tibi qꝛ terribiliter magnificatꝰ es: mirabilia opera tua et aĩa mea cognoscet nimis. Non est occultatũ os meũ a te qđ fecisti in occulto: ⁊ substantia mea in inferioribꝰ terre. Imperfectũ meũ viderũt oculi tui: ⁊ in libro tuo oẽs scribẽtur dies formabunt ⁊ nemo ĩ eis Michi aũt nimis honorifica


ti sũt amici tui de⁹: nimis cõfortat⁹ est principat⁹ eorum. Dinumerabo eos ꝛ sup arenã multiplicabunt: exurrexi ꝛ adhuc sũ tecũ. Si occideris de⁹ pctõres: viri sãguinũ declinate a me. Quia dicitis in cogitatiõe: accipiãt ĩ vanitate ciuitates suas. Nõne q̃ oderũt te dñe oderã: ꝛ sup inimicos tuos tabescebã. Perfecto odio oderã illos: ĩimici facti sũt michi. Proba me de⁹ ꝛ scito cor meũ: iterroga me ꝛ cognosce semitas meas. Et vide si via iniq̃tatis in me est: ꝛ deduc me ĩ via eterna.

¶ Deinde sine itervallo icipiat missa p defũctis sacerdote iterim exeũte ad locũ sepulchri signãdũ si corpus presẽs affuerit, vt supra dictũ est. Tamẽ quãdocũq ꝫ singillatim extra cõuentũ dicit ꝛmẽdatio aiarũ: tũc immediate post psal. Dñe probasti me ꝛ cognouisti me. sequat ẜ. Requiẽ eternã dona eis dñe. Et lux. A porta inferi. Erue dñe. Credo videre. In terra viuẽtiũ. Dñs vobiscũ. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Tibi dñe cõmendam⁹ animas famulorũ famularũꝫ tuarũ: vt defuncti seculo tibi viuant: et que per fragilitatem mundane cõuersationis peccata admiserũt, tu venia misericordissime pietatis absterge. Per christum dominum nostrum. Amen.

¶ Nunꝙ dicat alia cõmẽdatio ĩ ecclesia Sarisbur. siue corpus presens fuerit siue nõ. Ad missam. Officiũ.





Equiẽ eter nã dona eis domi ne ꝛ lux ppetua luceat e is. Te decet hymn⁹ de⁹ ĩ syõ

et tibi reddet votum in hierusalē: exaudi orōnē meā ad te oīs caro veniet.

Quēlibet corp⁹ adest pñs et i anniversarijs et trigitalib⁹: et qñ ultimo fit servitiū mortuorū añ pascha et i die aiarū tm dicat hic cāt⁹

Kyrie eleison. iij. Christe eleison. iij. Kyrie eleison. ij. Kyrie eleison.

Quotidie ante diem sepulture cuiuscunq fuerit dicat ista orō.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere: te supplices deprecamur pro aia famuli tui vel famule tue N. quā hodie de hoc seculo migrare iussisti: ut nō tradas eam in manus inimici: nec obliviscaris in finem: sed iubeas illam ab angelis sanctis suscipi: atq ad regionem vivorum perduci: et quia in te speravit et credidit/ sanctorū tuorum mereatur societate letari. Per dominum. In die quinto sepulture cuiuscunq fuerit corpus/ dicatur ista oratio.

Omnipotens sempiterne deus miam tuā supplices deprecamur: ut animā famuli tui vel famule tue: cui⁹ corpori debitum sepulture officium persolvimus: i sinū abrahe patriarche tui iubeas collocari: ut cum dies agnitionis tue advenerit/ inter sanctos et electos tuos eum vel eam resuscitari precipias. Per dñm.

In anniversariis de quocūq fuerint dicit ista oratio.

Deus indulgētiarum domine da anime famuli tui vel famule tue: cuius anniuersarium depositiōis diem commemoramus: refrigerij sedem quietis beatitudinis/ & luminis claritatem. Per dominum.

In die tricennali de quocunq fuerit dicit ista oratio.

Deus cui proprium est misereri semp et parcere/ propitiare aīe famuli tui vel famule tue: et oīa eius pctā dimitte: vt mortis vinculis absolutus vel absoluta transire mereat ad vitam. Per dnm. In anniuersa. episcoporū tm sic pronuncietur Deus indulgentiarū domine da anime famuli tui pōtificis cuius. &c. vt supra.

Hoc generaliter notandū qp ad quālibet missā que p corpore presēti celebratur cuiuscūq fuerit nisi pro rege vel regina vel pro alio magno dño: quinq oratiōes dicuntur ad missam: quarum prima pro corpore presēti vt supra ad missam: secunda pro episcopis. Oratio.

Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pōtificali fecisti dignitate cēseri: presta qs vt quorum vicem ad horam gerebant in terris/ eorū perpetuo consortio letentur in celis. Secreta.

Offerimus tibi domine oblationē nostre seruitutis pro aīab9 famulorum tuorū pontificū vel sacerdotū supplicantes: vt cum presulibus apostolice dignitatis quorum sunt executi officium/ mereātur habere sempiterne beatitudinis portionē. Postcōmunio.

Proficiat quesumus dñe animab9 famulorum tuorum pontificū et sacerdotū diuini celebratio misterij: vt quos in terris positos huius muneris dispēsatores esse fecisti/ iter electos antistites eos iubeas cōnumerari. Tertia oratio pro fratrib9 & sororibus.

Deus venie largitor et humane salutis amator qs clementiam tuam: vt nostrarum congrega

tionū fratres et sorores qui ex hoc seculo transierunt: beata maria semp virgine intercedente et Beato michaele archangelo cum omnibus sanctis: ad perpetue beatitudinis consortium peruenire cōcedas. Secreta.

DEus cuius mīe non est numerus: suscipe propitius preces humilitatis nostre & animabus fratrum & sororum nostrarū cōgregationū qbus tui nominis dedisti cōfessionē/p hec sacramenta salutis nr̄e cūctorū remissionē tribue peccatorū. Postcōmunio.

PResta q̄s oīps & misericors de⁹: vt aīe fratrū et sororū nr̄arū cōgregationū: p qb⁹ hoc sacrificiū laudis tue obtulim⁹ maiestati: p huius v̄tutē sacramēti a pctis oīb⁹ expiate lucis ppetue te miserāte percipiāt btitudinē. Quarta ōro p parētib⁹ & bn̄factorib⁹

OMnipotens & misericors de⁹ vnica salus mortaliū te supplices exoramus p aīab⁹ famulorū famularūq; tuarū parentū & benefactorū nostrorum: vt interueniēte dei genitrice btā maria cū oībus sanctis: peccatorum eis largire digneris indulgentiam/et in nouissimo die beate resurrectionis letitiam. Secreta.

SAnctifica q̄s dn̄e hec fideliū oīm vitalia sacramenta: & p̄sta vt interueniente btā dei genitrice maria cum oīb⁹ sctīs tuis/aīe famulorū famularūq; tuarū parētum & bn̄factorū nostrorū: ab oībus vitijs expiate pabulo vite reficiantur eterne. Postcōmunio

PUrificet nos q̄s dn̄e salutare quo pasti sum⁹ sacramētū: & interueniēte btā & gl'iosa sēpq; virgine dei genitrice maria cū oībus sctīs tuis: cōcede vt hoc ipsū proficiat aīab⁹ famulorū famularūq; tuarū parentū & benefactorū nostrorū: ad promerendam tue propitiationis gratiā/et percipiendam future resurrectionis gloriā sempiternā. ¶ Quinta ōro generalis.

FIdeliũ de⁹ oĩm cõditoꝛ ⁊ redẽptoꝛ aĩabus oĩm fideliũ defũctoꝛũ remissionem cunctoꝛũ tribue pctõꝛũ: vt idulgẽtiã quã semꝑ optauerũt/piis supplicationib⁹ consequanť. Qui cũ deo patre et spũ sancto viuis ⁊ regnas deus. Per oĩa scła seculoꝛũ. Secreta.

HOstias q̃s dñe quas tibi ꝑ aĩab⁹ oĩm fidelium defũctoꝛũ offerimus ꝓpitiat⁹ intẽde: vt q̃bus fidei xp̃iane meritũ ꝯtulisti/dones ⁊ ꝓmium. Postcõio.

ANimabus q̃s dñe oĩm fideliũ defunctoꝛũ orõ pꝛoficiat supplicãtium: vt eas et a pctis oĩbus exuas: ⁊ tue redemptionis facias esse participes. Qui cũ deo pře ⁊ spũ sctõ viuis ⁊ regnas de⁹. Per oĩa secula seculoꝛũ. Amẽ. ¶ Itẽ ⁊ in trigintali cuiuscunq; defuncti fuerit: quinq; dicunť oꝛationes quarũ pꝛima ꝑ ipso trigintali. Itẽ in oĩbus aliis anniuersariis quinq; dicuntur oꝛationes quarũ pꝛima ꝑ anniuersariis: cetere vt supꝛa ꝑ coꝛpoꝛe pꝛesenti. Quandocũq; coꝛp⁹ adest pꝛesens ⁊ in anniuersariis eoꝛũ et in die aĩarũ tñ. Lectio epł̃e beati pauli apłi. Ad thessalonicẽses.


FRatres. Nolum⁹ vos ignoꝛare de doꝛmientibus: vt nõ contristemini sicut ⁊ ceteri qui spem nõ habẽt. Si enĩ credim⁹ q̃ iesus moꝛtu⁹ est ⁊ resurrexit ita et deus eos q̃ doꝛmierunt per iesũ adducet cũ eo. Hoc enĩ vobis dicimus i verbo dñi: q̄ꝛ nos q̃ viuim⁹ q̃ residui sum⁹/in aduentu dñi non pꝛeuenienmus eos q̃ doꝛmierunt. Qm̃ ipse dñs in iussu et i voce archãgeli ⁊ in tuba dei descendet de celo: et moꝛtui q̃ in xp̃o sunt resurgent pꝛimi. Deinde nos q̃ viuimus qui relinquimur: simul rapiemur cum illis i nubib⁹ obuiã xp̃o in aera: ⁊ sic semꝑ cũ dño erimus. Itaq; ꝯsolamini iuicẽ in verbis istis. ¶ In omnibus aliis anniuersariis ⁊ trigintalibus epistola. Lectio libꝛi machabeoꝛum.

IN dieb9 illis. Vir fortissimus iudas: collatione facta duodecim milia drachmas argēti misit hierosolymā offerre ea ibi pro pctis mortuorum: iuste et religiose de resurrectiōe cogitās. Nisi enim eos q ceciderāt resurrecturos speraret: supfluū videret et vacuū orare p mortuis. Sed qr cōsiderabat q hi q cū pietate dormitionē acceperant optimā haberēt repositā gratiā. Scā ergo et salubris est cogitatio p defūctis exorare: vt a pctis soluant. In oib9 alijs missis pro defunctis dicitur hec due epistole alternis vicibus per hebdomadā. ita tamen q primo dicat epistola Audiui vocem. qd p totū annū obseruetur qn ferialiter dicat missa.

Epla. Lectio libri apocalipsis beati iohannis aplī.

IN dieb9 illis. Audiui vocē de celo: dicētē michi. Scribe/ beati mortui qui i dño moriūtur. Amodo em iā dicit spūs: vt requiescāt a laborib9 suis. Opera em illorū/ sequūtur illos. ¶ Alia epla ad corinthios.

FRatres. Christus resurrexit a mortuis primitie dormientiū: qmquidē per hoiem mors/ et p hoiem resurrectio mortuorū. Et sicut in adam oēs moriūtur/ ita et in christo oēs viuificabuntur. Vnusquisq aūt in suo ordine. Per iesum xpm dñm nostrū. ¶ Sciēdū aūte qd iste subsequēs gradale. scz Si ambulē. nunq debet dici pro corpore presēti epilcoporum et eorum triginta. et anniuersarijs scdm vsum Sarisburiēcclesie/ tunc enim dicat a trib9 clericis perfica forma habitu non mutato ad caput defuncti: si corp9 adest presens. sin autē ad gradū chori dicatur Gradale.





Si ambu lem in me di o vmbre













In oib⁹ aliis missis defunctorũ dicatur a toto choro istud gradale.







Hoc modo finiatur qñ ferial'. dicit' missa. V. Anime eo



rum in bonis de moren tur




et semen eo rum



here ditet terram.


Hoc modo finiat' quando ferialit' dicit' missa



ter ram.

Quando corpus adest presens et in anniuer. episcoporum dicatur tractus. **Sicut ceruus.** a quatuor clericis de superiori gradu habitu non mutato ad caput defuncti interim stantibus continuo si corpus adest presens: sin autem ad gradum chori: ita tamen quod omnes illi quatuor clerici simul primum versum incipiant quem duo ex parte chori principalis prosequantur: et ita alternis vicibus singuli V. ab illis quatuor clericis totius tractus dicantur choro interim sedente. Ita tamen quod omnes simul ipsum tractum terminent. Tractus.






Sicut cer uus desi derat ad fontes




aqua rū i ta de si de rat




anima mea ad te de us ℣.



Siti uit anima me a ad deum vi



uum quādo ve niā ⁊ appa re bo



ante fa ci em dei mei. ℣.



Fuerūt michi lachrime me e panes



die ac no cte dum di ci tur mi=



chi p singulos di es v bi est de

us tuus.

In omnib9 aliis missis pro defūctis dicit a toto choro iste tract9 cū cantu sequenti. Tr.

De pfundis clamaui ad te

do mi ne domine exau di vo

cem me am. V. Fiant aures tu e in-


tenden tes in o raci o nem ser-

ui tu i. V. Si iniqui tates obser ua ueris

do mine domi ne quis su stine bit. V. Quia

apud te propiciati o est & propter legem tu am.





¶ Et dicat iste tract⁹ cū cātu pnotato choro interim sedēte qūcunq₃ dicat: nisi in die aīarū tm̄: tūc em̄ dicat cū eodē cātu quo ī dn̄ica septuagesime a quatuor clericis de supiori gradu habitu non mutato ad gradū chori supradicto modo. Itē in anniuersarijs epor et decanorū: & qūcūq₃ corp⁹ adest p̄sens postq̄ executor officij ī iceptione misse altare thurificauerit: diacon⁹ cū thuribulo circūeūdo tūbā vel corpus illud incenset: sed ex vtraq₃ parte vez icipiendo a capite. Silr̄ fiat ante euāngeliū dū tract⁹ canitur icensato pri⁹ altari: & tertio postq̄ sacerdos sacrificiū ante lotionē loco suo deposuerit/ thurificet idē diaconus sicut prius. Nūq̄ aūt thurificet corp⁹ ad **Placebo**: vel ad **Dirige.** scdm̄ vsū Sarisbu. sed sēp ad missā tm̄. ¶ In dn̄icis diebus & in secundis ferijs: & etiā pro corpore presenti & in anniuersarijs & trigintalibus: et in die animarum tantū dicatur hoc euangelium. Secundū Johānem.

In illo tempore. Dixit martha ad iesum. Dn̄e si fuisses hic: frater meus nō fuisset mortuus. Sed & nunc scio quia quecunq₃ poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi ies⁹. Resurget frater tu⁹. Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione: in nouissimo die. Dicit ei ies⁹. Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me etiam si mortu⁹ fuerit viuet. Et omnis qui

viuit et credit in me: nō morietur in eternū. Credis hoc? Ait illi. Utiqꝫ dñe. Ego credidi q2 tu es xp̄s filius dei q in hūc mūdū venisti. ¶ Fer. iij. Euāgeliū scd̄z iohā.
In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis: et principibus iudeorum. Omne quod dat michi pater ad me veniet: et eū qui venit ad me non eijciam foras. Quia descēdi de celo/ non vt faciam volūtatem meā: sed voluntatē eius qui misit me. Hec est autem voluntas eius qui misit me p̄ris: vt omne quod dedit michi nō perdā ex eo: sed resuscitem illud in nouissimo die. Hec est aūt voluntas patris mei qui misit me vt omnis qui videt filium et credit in eum: habeat vitā eternam. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die.
¶ Feria. iiij. Euangelium. Secundum iohannem.
In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: quia q verbū meum audit/ et credit ei qui misit me: habet vitā eternam. Et in iudicium non veniet: sed transiet a morte in vitam. Amē amen dico vobis: q2 venit hora et nūc est quando mortui audient vocem filij dei: et q audierint viuēt. Sicut p̄r habet vitā in semetipso: sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei iudiciū facere: quia filius hoīs est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua oēs qui in monumētis sūt/ audient vocē filij dei. Et procedent q bona fecerūt: in resurrectionē vite. Qui vero mala egerūt/ i resurrectionem iudicij.
¶ Feria. v. Euangelium. Secundum Johannem.
In illo tp̄e. Dixit ies9 discipulis suis: et turbis iudeorū. Sicut p̄r suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Neqꝫ eñ p̄r iudicat queꝙ: sed iudiciū omne dedit filio. Ut oēs honorificent filiū: sicut honorificant patrē. Qui nō honorificat filiū: nō


honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis qꝛ qui verbum meum audit et credit ei qui misit me: habet vitã eternã. Et in iudiciũ non veniet: sed trãsiet a morte ĩ vitã. ¶ Fer. vi. Euãg. secũdũ iohãn.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorũ. Ego sum panis viuus: qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet in eternum. Et panis quem ego dabo: caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo iudei adinuicem dicentes. Quomodo potest hic carnem suam nobis dare ad manducandum? Dixit ergo eis iesus. Amen amẽ dico vobis: nisi manducaueritis carnẽ filij hominis / et biberitis eiꝰ sãguinem: nõ habebitis vitã ĩ vobis. Qui mãducat meã carnẽ / et bibit meũ sanguinẽ: habet vitã eternam. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die


¶ Sabbato. Euangelium secundum Johannem.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorũ. Amen amen dico vobis: nisi manducaueritis carnẽ filij hominis / et biberitis eius sanguinem: non habebitis vitam in vobis. Qui mãducat meã carnem et bibit meum sanguinem: habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eũ in nouissimo die.

¶ Hoc sequens offertorium dicatur in oĩbus missis pro defunctis nisi in die animarũ tantum. Offertoriũ.



Dñe iesu christe rex glo rie libera ani-



mas oĩm fide li um defũcto rũ de manu infer

ni et de profūdo la cu: libera eas de ore leo nis ne

absorbeat eas tar tar⁹ ne cadāt ī obscu ra tenebrar

lo ca sed signifer sāctus michael repsētet e as

in lu cē sanctā quā olim abrahe promisisti ꝛ se

mi ni e ius. Hoc sequēs offertorium dicatur in die aiarum tantū. Offer.

O pie de us ꝗ primū ho minē ad eternā glo

riā re uoca sti pastor bo ne qui onē per

di tā pro hu me ro ad ouile reporta sti iuste iu=

l iiij

dex dñe veneris iudica re libera de morte ani mas eo-

rũ quas redemisti ne tradas bestijs a nimas cõfitẽtes

ti bi ne dere liquas


eas in fi ne. post ablutionẽ manuũ tñctis manib⁹ ĩ medi alta. icipiat sa. Hostias & preces tibi dñe

offerim⁹. Chor⁹ respõdeat hoc modo. Tu suscipe pro animab⁹ il lis

quarũ hodie memoriã agim⁹ fac eas domine de mor

te trã sire ad vitã. Et interim dicat sacerdos. In spũ humilitatis. priuatim more solito deide dicat sacerd. Orate fres. chor⁹ respõdeat cãtãdo. S.

Requiẽ eternã dona eis domine & lux per petua lu ceat



eis. Quā olim abrahe promisisti et semi ni e ius

¶ Notādū est q̄ quācunq̄ corp⁹ adest p̄sens. et in oīb⁹ anniuer: et trigin. dr Hostias et p̄ces. cum V Requiem eternā. et Quā olim. et in die aīarū nō dicat Quotidie ante diē sepulture cuiuscūq̄ fuerit dicat istud secretū.

Suscipe quesum⁹ misericors pater oblationem quā tibi offerim⁹ pro aīa famuli tui vel famule tue N quam hodie de carnali corruptione liberasti/ et concede vt ab oīb⁹ humane conditionis excessib⁹ hijs remedijs expietur: et in requie sempiterna diem resurrectionis p̄stoletur. Per dn̄m nostrum iesū xp̄m filiū tuū. Qui te. In die sepulture cuiuscūq̄ fuerit secretū.

Suscipe domine pro anima famuli tui vel famule tue hostiā quā te deo patri benigne obtulisti pro nobis et quia causa hominū descendisti de celis: te redeunte sanctorum tuorū mereatur adiungi consortijs per te saluator mundi. Qui cum deo patre. etc.

¶ In anniuer. de quocūq̄ fue. dicatur istud secretum.

Propitiare q̄s dn̄e supplicationibus nostris pro aīa famuli tui vel famule tue cui⁹ hodie annua dies agitur pro qua tibi offerimus hoc sacrificiū laudis: vt eā sanctorū tuorum consortio sociare digneris. Per dn̄z. In die tricenalis de quocūq̄ fuerit. Secreta

Intuere q̄s omp̄s de⁹ et placat⁹ suscipe dignare hoc sacrificiū qd̄ tibi offerim⁹ p aīa famuli tui vel famule tue et cōcede illi pacē ppetuā et requiē sēpiternā. p. Prefatio quotidiana. Qn̄ corp⁹ adest p̄sēs et i oīb⁹ anniuer. et trigin. et qn̄ vltimo fit seruitio mortuorū ante pascha et in die animarū dicatur hic cant⁹.

S Ctũs. Sctũs Sãct⁹ Dñs de⁹ sabaoth Ple

ni sũt celi ⁊ terra gloria tua o sãna ĩ excelsis. Bene

dict⁹ q̃ ve nit in noĩe do mini o sãna in excelsis.

Nũ corp⁹ adest psñs ⁊ i oib⁹ ãnuer. ⁊ trigi. ⁊ qñ vltio fit seruitiũ mortuoꝝ añ pal. ⁊ i die aiaꝝ dicat hic cãt⁹.

A Gn⁹ dei ꝗ̃ tollis pctã mũdi dona eis requiẽ

Agn⁹ dei ꝗ̃ tollis pctã mũdi dona eis reqe Agn⁹

de ꝗ̃ tollis pctã mũdi dona eis requiẽ sẽpitnã.

In oib⁹ mis. p corpe psñti ⁊ ĩ ãni. ⁊ trigi. et qñ vlci. fit ser. mortuo. añ pasc. ⁊ ĩ die aiaꝝ dicat hec seques cãto.

P ro quoꝝ mẽoria corp⁹ xp̃i sumit dona eis dñe reqẽ



sepulcra. Et lux ppetua luceat eis. Pro quorum memoria



sanguis xpi sumitur dona eis dne requiem sempiternam.

¶ In oib9 aliis missis p defunctis dicat hec comunio.



Lux eterna luceat eis dne cu sctis tuis in eternu qr



pi9 es. ℣ Req cu ℟. Lux. Requie eterna dona eis dne et lux ppe-



tua luceat eis. ne. cum repe ticio cu sctis tuis in eternu qr pius es.

¶ Quotidie ante diem sepulture dicitur ista postcoio.

Presta quesumus omnipotens de9: vt animam famuli vel famule tue ab angelis lucis susceptam in preparata habitacula deduci facias beatorum. Per dnm nostrum iesum christum filium tuu Qui te.

¶ In die sepulture cuiuscuq fuerit dicat ista postco.

Presta quesumus dne vt anima famuli tui vel famule tue eius hodie officia humanitatis exhibemus: hiis sacrificiis expiata salutationis tue perpetuo munere gratuletur. Per dnm. In anniuersa. de quocuq fuerit dicatur hec sequens Postcommunio.

PResta quesumus dn̄e vt anima famuli tui vel famule tue cuius anniuersarii depositionis diē recolimus hiis purgata sacrificiis indulgentiam pariter & requiē capiat sēpiternā. Per do. In die trigintali de quocunqȝ fuerit dicatur hec postcommunio.

PRosit q̄s dn̄e aīe famuli tui vel famule tue: diuini celebratio sacramēti: vt ei⁹ ī quo sperauit et credidit: eternū capiat te miserante consortiū. Per do.

¶ Post missā accedat sacerdos ad caput defūcti alba indutus absqȝ cappa serica & duo clerici de scd̄a forma ad caput defuncti stātes īcipiāt trib⁹ vicib⁹ an̄. seq̄ntē quā chor⁹ singulis vicib⁹ totā ꝓsequat̄ vsqȝ ī finē. A.



Circūdederūt me gemit⁹ mortis dolores īferni circū




dede rūt me. Deinde post tertiam repetitio nē seq̄batur. Kyrie eleisō. Chri




ste eleisō. Kyrie eleison. Nō dicat̄. Pater nr̄. nec Dn̄s vob. necqȝ Orem⁹. sȝ tm̄ or. sac. dicente modesta voce vcȝ sine nota.


NOn itres ī iudiciū cū seruo tuo vel seruula tua dn̄e qm̄ null⁹ apd̄ te iustificabit̄ homo nisi p te oīȝ pctōꝝ tribuat̄ remissio nō ergo eū vel eā tua q̄s iudicialis sentētia p̄mat quē tibi vera supplicatio fidei xp̄iane cōmēdat sed gr̄a tua illi succurrente mereatur euadere iudiciū vltionis q̄ vel q̄ dū viueret insignitus vel īsignita est signaculo sācte trinitatis. In qua vi. Eodē mō dnr̄ des orōes seq̄n. Deinde īcipiat cātor R.



Qui lazarum resuscitasti a monumēto feti



dū. Tu e is do mi ne dona re qui em & lo cū in




dul genti e. V. Qui vēturus es iudicare



vivos et mortu os et secu lū per i gnē. Tu eis.

¶ Et pcantetur a choro cū suo versu & interim sacerdos cū thuribulo circuneundo corpus illud incenset. Similiter fiat in Vsiis sequentibus. deinde dicitur.



Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleysō. tine Pr nr. & sine Dñs vobiscū. & cū Orem⁹. or.

DEus cui oīa vivunt cui non pereunt moriendo corpora nostra sed mutātur in melius te supplices deprecamur: vt quicquid famulus vel famula tuus vel tua vitiorū tue voluntati contrariū fallēte diabolo & ppria iniquitate atq fragilitate contraxit tu pi⁹ & misericors ablvas indulgendo eiusq animam suscipi iubeas p manus sanctorū angelorū tuor deducendā in sinum patriarcharum tuorū abrahe scilicet

amici tui ꝛ ysaac electi tui atqꝫ iacob dilecti tui: quo au fugit dolor ꝛ tristicia: atqꝫ suspiriũ: fideliũ quoqꝫ aīe felici iocũditate letãt ꝛ i nouissimo magni iudicij die inter sctõs ꝛ electos tuos eã facias ꝑpetue glĩe ꝑcipe portionẽ: quã ocul⁹ nõ vidit: nec auris audiuit: ꝛ in cor hoīs nõ ascẽdit q̃ preparasti diligẽtib⁹ te. Per xp̃z. ℞.












¶ Et per canteur a choro cum suo versu: et interim incensetur corpus vt supra. Deinde sequatur.



sine fine. Dñs vobiscũ. Et cũ spiritu tuo. Oremus.


Ac quesum⁹ dñe hanc cum seruulo tuo defuncto vel seruula tua defuncta misericordiam: vt factorũ suorũ in penis non recipiat vicem: qui vel que tuam in votis tenuit voluntatẽ: et quia hic illum vel illã vera fides iũxit fideliũ turmis illic eũ vel eam tua miseratio societ angelicis choris. Per christum dominũ nostrum. Deinde incipiat cantor. Responsorium.












Et percãtetur a choro cum vno versu tantum scilicet Dies illa. vt supra et interim incensetur corpus a sacerdote semel circumeundo et postea aspergatur aqua benedicta deinde sequatur.



Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Deinde roget sacerdos circunstātes orare pro anima defuncti dicēs. Pro aīa N. et pro animab⁹ omniū fidelium defunctorū. Pater nr̄. Et ne nos indu. Sed libera nos a malo. Non intres in iudicium cū seruo tuo vel seruula tua dn̄e. Quia nō iustificabitur in conspectu tuo ōis viuēs. A porta inferi. Erue dn̄e aīas eorum. Credo videre bona domini. In terra viuentium. Domine exaudi. Dominus vobiscum. Oremus.

Inclina dn̄e aurē tuā ad preces nostras quibus miam tuā supplices deprecamur: vt animā famuli tui vel famule tue quam de hoc seculo migrare iussisti/in pacis ac lucis regione constituas: et sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per christum.


Hic deportetur corp⁹ ad sepulchrum cantore incipiente. Añ.




In paradisū. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

In exitu israel de egypto: dom⁹ iacob de populo barbaro. Facta est iudea sctificatio eius: israel potestas eius. Mare vidit et fugit: iordanis conuersus est retrorsūm. Montes exultauerunt vt arietes: et colles sicut agni ouiū. Quid est tibi mare quod fugisti: et tu iordanis qr cōuersus es retrorsū. Mōtes exultastis sicut arietes: et colles sicut agni ouium. A facie dn̄i mota est terra: a facie dei iacob. Qui cōuertit petrā in stagna aquarū: et rupē in fontes aquarū. Non nobis dn̄e non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Super mia tua et veritate tua: nequando dicant gentes


vbi est deus eorum. Deus autem noster in celo: omnia quecunque voluit fecit. Simulachra gentiū argentum et aurum: opera manuum hominū. Os habent et non loquentur: oculos habent et non videbunt. Aures habent et non audient: nares habent et non odorabunt. Manus habent et non palpabunt/ pedes habent et non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciūt ea: et omnes qui confidunt in eis. Domus israel speravit in domino: adiutor eorū et protector eorū est. Domus aaron speravit i dño: adiutor eor̄ & ptector eor̄ est. Qui timēt dñm speraverūt in dño: adiutor eor̄ et ptector eor̄ est. Dñs memor fuit nr̄i: et bñdixit nobis. Bñdixit domui israel: benedixit domui aaron. Benedixit omnibus qui timent dominum: pusillis cum maioribus. Adijciat dominus super vos: super vos et super filios vestros. Benedicti vos a domino: qui fecit celum et terram. Celum celi domino: terram autem dedit filijs hominum. Non mortui laudabunt te domine: neque omnes qui descendunt in infernum. Sed nos qui vivimus benedicimus domino: ex hoc nunc & usque in seculum. ¶ Alius psalmus si tātum restat iter scilicet Ad te domine levavi animam meam. Finito psalmo vel psalmis dicatur iste versus.




Requiem eternā dona eis domine: & lux perpetua luceat eis.



Deinde repetatur antiphona. In paradisum deducāt te angeli:



in suu cõuentu suscipiant te martyres et perducãt te



Quibus dictis dicat sacerd. sine Dñs vobiscũ. sed tãtum cum in ciuitatẽ sanctã hierusalem. Oremus. humili voce.

Pie recordationis affectu fratres charissimi cõmemorationem faciamus chari nostri vel chare nostre quem vel quam dominus noster de tentationibus huius seculi assumpsit. Obsecremus miam dei nostri: vt ipse ei tribuere dignetur placitam et quietã mansionẽ: et remittat ei oẽs lubrice temeritatis offensas: vt cõcessa sibi venia plene indulgẽtie quicquid in hoc seculo proprio vel alieno reatu deliquit / totum ineffabili pietate ac benignitate sua deleat et abstergat. Per christum. Alia oratio cum Oremus. Oratio.

TE domine sãcte pater omnipotens eterne de⁹ suppliciter deprecamur p spiritu fratris nostri vel sororis nostre: quem vel quã a voraginibus huius seculi accersiri iussisti: vt digneris domine dare ei lucidum locum refrigerij et quietis. Liceat ei trãsire portas inferorum et penas tenebrarum: maneatqꝫ in mãsionibus sanctorum / et in luce sancta quam olim abrahe promisisti et semini eius. Nullam lesionem sentiat spiritus eius: sed cum magnus ille dies resurrectionis aduenerit / resuscitare eum vel eam digneris vna cum sanctis et electis tuis: deleasqꝫ eius omnia delicta atqꝫ peccata vsqꝫ ad nouissimum quadrãtem: tecumqꝫ immortalitatis tue vitam et regnũ consequatur eternũ. Per christum dominum nostrum. Amen.

Finitis orationibus aperiatur sepulchrum cantore incipiente. an.



Aperite. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

Confitemini dño qm̃ bon⁹: qm̃ in sclm̃ mia ei⁹. Dicat nũc israel qm̃ bon⁹: qm̃ in sclm̃ mia ei⁹ Dicat nunc domus aaron: quoniã in seculũ mia ei⁹. Dicant nunc qui timent dñm: qm̃ in seculũ mia ei⁹. De tribulatione inuocaui dominum: ⁊ exaudiuit me in latitudine dñs. Dñs michi adiutor: nõ timebo qd faciat michi homo. Dñs michi adiutor: et ego despiciam inimicos meos. Bonũ est confidere in dño: q̃ cõfidere in hoie. Bonũ est sperare in dño: q̃ sperare i pricipib⁹. Oẽs gẽtes circuierũt me: ⁊ in noĩe dñi: qr vlt⁹ sum in eos. Circundantes circũdederũt me: et in nomine dñi quia vltus sum in eos. Circũdederũt me sicut apes ⁊ exarserũt sicut ignis in spinis: ⁊ in noĩe dñi qr vlt⁹ sum in eos. Impulsus euersus sũ vt caderẽ: et dñs suscepit me. Fortitudo mea ⁊ laus mea dñs: ⁊ factus est michi in salutẽ. Uox exultationis et salutis: in tabernaculis iustorum. Dextera domini fecit virtutem/dextera domini exaltauit me: dextera dñi fecit virtutem. Non moriar sed viuam: et narrabo opera domini. Castigans castigauit me dominus: ⁊ morti non tradidit me. Aperite michi portas iustitie/et ingressus in eas cõfitebor domino: hec porta domini iusti intrabunt in eam. Confitebor tibi domine quoniã exaudisti me: et factus es michi in salutem. Lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud: et est mirabile in oculis nr̃is. Hec est dies quã fecit dñs: exultem⁹ ⁊ letemur in ea. O dñe saluũ me fac/o dñe bñ prospare:

bñdict⁹ q̃ venit i noie dñi. Bñdixim⁹ vobis de domo dñi: deus dñs ⁊ illuxit nobis. Constituite diẽ solennẽ in condensis: vsq̧ ad cornu altaris. Deus meus es tu et confitebor tibi: deus meus es tu ⁊ exaltabo te. Cõfitebor tibi dñe qm̃ exaudisti me: et factus es michi in salutem. Cõfitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in seculum misericordia eius. ¶ Finito psalmo tota dicatur aña.



Aperite michi portas iusticie ⁊ ingressus in eas cõfite



bor domino hec porta domini iusti intrabunt in eam. Qua dicta dicat sacerdos Oremus. Oratio.

Obsecram⁹ mĩam tuam omps eterne deus / qui hominẽ ad imaginem tuã creare dignat⁹ es: vt animã famuli tui vel famule tue N. quã hodierna die rebus humanis eximi ⁊ ad te accersiri iussisti / blãde ⁊ misericorditer suscipias. Nõ ei dominentᷣ vmbre mortis: nec tegat eũ vel eã chaos ⁊ caligo tenebrarũ: sȝ exutus vel exuta oĩm criminũ labe in sinu abrahe collocatus vel collocata / locum refrigerij se adeptum vel adeptam esse gaudeat: vt cum dies iudicij aduenerit / cum sanctis et electis tuis eum vel eam resuscitari iubeas. Per christũ dñm nostrum. Alia oratio cum Oremus.

Deus q̃ iustis supplicationib⁹ semp presto es: q̃ pia vota dignaris intueri: da famulo tuo vel famule tue N cui⁹ depositioni hodie officia humanitatis exhibemus / cũ sanctis atq̧ fidelibus tuis beati muneris portionem. Per xp̃m dñm nostrum. Amen.

Deinde dicat̃ bñdictio sepulchri sine Orem⁹. hoc mõ.

ROgamus te dñe scẽ pater oĩs eterne de⁹: vt bene✠dicere ⁊ scificare digneris hoc sepulchꝝ ⁊ corpus in eo collocãdũ: vt sit remediũ salutare in eo q̃escẽti ⁊ redẽptio anime ei⁹ atq; tutela ⁊ munimẽ cõtra seua iacula inimici. Per xp̃m. Alia benedictio tumuli.

Adiutoriũ nostrũ in nõie dñi. Qui fecit celũ et terrã.

BEnedic dñe locũ sepulchri hui⁹ sicut bñdixisti sepulchra abrahe isaac ⁊ iacob. ℣. Ostende nobis dñe miam tuã. ℟. Et salutare tuũ da nobis. Oratio.

DEus qui fũdasti terrã ⁊ formasti celos: qui oĩa siderib⁹ instituta fixisti: qui captũ laqueis mortis hominẽ lauachri ablutione reparas: qui sepultos abraham isaac ⁊ iacob in spelunca duplici in libro vite ac totius glorie principes adnotasti benedicendos: ita bñ✠dicere digneris hũc famulũ tuũ vel ancillã tuã: vt eũ vel eã requiescere facias: ⁊ i sinu abrahe collocare digneris: qui dñm nostrũ iesum xp̃m filium tuum/ deuictis laqueis inferorum resurgere in se credẽtium suorum membra resuscitare iussisti. Qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculũ p ignem. Oratio.

REspice dñe super hanc fabricam sepulture: ⁊ descendat in eam spiritus tuus: vt te iubente sit ei in hoc loco quieta dormitio: et tempore iudicij cum omnibus sanctis sit vera resurrectio. Te prestante domino nostro qui in trinitate perfecta viuis et regnas per cuncta secula seculorum. Amẽ. ¶ Hic aspgatur aqua benedicta super sepulchrum/ ⁊ incẽsetur sepulchrum.

Finitis orationibus ponat̃ corp⁹ in sepulchro cantore icipiẽte. ãn.



Ingrediar. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

Quemadmodũ desiderat ceruus ad fõtes aquarũ: ita desiderat anima mea ad te de⁹. Sitiuit anima mea ad deũ fontẽ viuũ: quãdo veniã et apparebo ante faciẽ dei. Fuerũt michi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicit michi quotidie vbi est de⁹ tu⁹. Hec recordat⁹ sum ⁊ effudi in me aĩam meã: qm̃ trãsibo in locũ tabernaculi admirabilis vsq₃ ad domũ dei. In voce exultationis et cõfessionis: sonus epulãtis. Quare tristis es anima mea: ⁊ quare cõturbas me. Spera in deo qm̃ adhuc cõfitebor illi: salutare vult⁹ mei et deus me⁹. Ad meipsum aĩa mea ꝯturbata est ꝓpterea memor ero tui de terra iordanis ⁊ hermonijm a mõte modico. Abyss⁹ abyssũ inuocat: ĩ voce cathara ctarũ tuarũ. Oĩa excelsa tua ⁊ fluct⁹ tui: sup me trãsierũt. In die mãdauit dñs miam suã: ⁊ nocte cãticũ ei⁹. Apud me orõ deo vite mee: dicã deo susceptor me⁹ es. Quare oblitus es mei ⁊ quare cõtristat⁹ incedo: dũ affligit me inimic⁹. Dũ cõfringũtur ossa mea exprobrauerunt michi: qui tribulant me inimici mei. Dum dicunt michi per singulos dies: vbi est de⁹ tu⁹. Quare tristis es aĩa mea: ⁊ quare ꝯturbas me. Spa ĩ deo qm̃ adhuc cõfitebor illi: salutare vult⁹ mei et deus me⁹. ¶ Dicto pˢo repetat añ. Ingrediar ĩ locũ tabernaculi admirabilis vsq₃ ad domum dei.

¶ Qua dicta dicat sacerdos orationem hoc modo.

Oremus fratres charissimi ꝓ spiritu chari nostri vel chare nostre .N. quẽ dñs de laqueo hui⁹ seculi liberare dignat⁹ est/ cuius corpusculũ hodie sepultu

re traditur: vt eum vel eam pietas dñi in sinu abrahe
collocare dignetur: vt cum magni iudicij dies aduene
rit/ inter sanctos et electos tuos eum vel eam in par-
te dextera collocãdum vel collocandam resuscitari fa-
ciat. Qui tecum viuit et regnat deus. Per omnia secu
la seculorum. Amen. Alia oratio cum Oremus. Oratio.

Deus qui humanarũ animarũ eternus amator es/
aiam famuli tui vel famule tue N. quã vera dũ
in corpore maneret tenuit fides/ ab oi cruciatu infero-
rũ redde extorrẽ: vt segregata ab infernalibus claustris
sanctorum tuorum mereatur adunari cõsortijs. Per xp̃m.

¶ Finitis orationibus claudatur sepulchrũ/ ponẽte prius
sacerdote absolu. super pectus defuncti sic dicendo.

Dominus iesus christus qui beato petro aposto
lo suo ceterisque discipulis suis licentiam dedit li
gandi atque soluendi/ ipse te N. absoluat ab omi vincu
lo delictorũ: et inquantũ mee fragilitati permittitur/
precor sis absolutus vel absoluta ante tribunal eiusdẽ
domini nostri iesu christi: habeasque vitam eternam et
viuas in secula seculorum. Amen.

Hic aspergatur tumu
lus aqua bñdicta et
incensetur cãtore inci-
piente Antiphonã.



Hec requies mea. E u o u a e. ps.

Memento dñe dauid: et omnis mansuetudinis
eius. Sicut iurauit domino: votum vouit deo
iacob. Si introiero in tabernaculũ domus mee: si ascẽ
dero in lectũ strati mei. Si dedero sõnũ oculis meis:
et palpebris meis dormitationẽ. Et requiẽ tempori-
bus meis donec inueniã locũ dño/ tabernaculum deo
iacob. Ecce audiuimus eam in effrata/ inuenimus eam
in campis silue. Introibimus in tabernaculum eius/


adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Surge dñe in requiē tuā: tu & archa sanctificationis tue. Sacerdotes tui induantur iustitiam: & sancti tui exultēt. Propter dauid seruū tuū: non auertas faciem christi tui. Iurauit dñs dauid veritatē & nō frustrabitur eū de fructu vētris tui ponā sup sedē tuā. Si custodierit filij tui testamētū meū: & testimonia mea hec q̄ docebo eos. Et filij eorum vsq; in seculū: sedebūt super sedē tuā. Quoniā elegit dñs sion: elegit eā in habitationē sibi. Hec requies mea in seculū seculi: hic habitabo qm̄ elegi eā. Viduā eius benedicēs bñdicā: pauperes ei9 saturabo panibus. Sacerdotes eius induam salutari: et sancti eius exultatione exultabūt. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam christo meo. Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Finito psalmo sequatur aña.



Qua dicta dicat sacerdo. orationē cū Orem9. Oro.

Deus apud quē spiritus mortuorū viuunt / & in quo electorū aīe deposito carnis onere plena felicitate letantur / presta supplicantib9 nobis: vt anima famuli tui vel famule tue N. que temporali per corp9 visionis huius luminis caruit visu / eterne illius lucis solatio potiatur. Non eam tormentum mortis attingat: nec dolor horrende visionis afficiat. Non penalis timor excruciet / nō reorum pessima cathena cōstringat: sed concessa sibi venia omniū delictorum / optate quietis consequatur gaudia repromissa. Per christū dominū nostrum. Amen. Alia oratio cū Oremus. Oratio.


Tu dñe deus oẽs petibus nr̃is aurẽ tue pietatis accõmodare digneris: tu miseris opẽ feras et mia᷑ largiaris: et spm̃ famuli tui vel famule tue N. vinculis corporalibus liberatũ in pace sanctorũ tuorũ recipias: vt locũ penalẽ et gehenne ignẽ in regionẽ viuẽtiũ trãslatus euadat. Per xp̃m. ¶ Finitis orõnibus executor officij terrã sup corpus ad modũ crucis ponat: et corpus thurificet et aqua bñdicta aspergat: et dũ sequẽs psalmus canitur corpus omnino cooperiatur cãtore icipiẽte. an.



De terra plasmasti me. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã et resurrectionẽ meã. Intellexisti cogitationes meas de longe: semitã meã et funiculũ meũ inuestigasti Et omnes vias meas preuidisti: quia non est sermo in lingua mea. Ecce dñe tu cognouisti oĩa nouissima et antiqua: tu formasti me et posuisti super me manum tuam Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me: confortata est et nõ potero ad eam. Quo ibo a spiritu tuo: et quo a facie tua fugiã: Si ascẽdero in celũ tu illic es: si descẽdero ad infernũ ades Si sũpsero pẽnas meas diluculo: et habitauero i extremis maris. Etenim illic manus tua deducet me: et tenebit me dextera tua. Et dixi forsitan tenebre conculcabũt me: et nox illuminatio mea in delicijs meis. Quia tenebre non obscurabuntur a te/ et nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita et lumen eius. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee. Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua et aĩa mea cognoscet nimis Nõ est occultatũ os meum a te

quod fecisti in occulto: & substātia mea in īferiorib⁹ terre. Impfectū meū viderūt oculi tui: et ī libro tuo oēs scribētur: dies formabūtur & nemo in eis. Michi autē nimis honorificati sūt amici tui de⁹: nimis cōfortat⁹ est principat⁹ eor. Dinumerabo eos & sup arenā multiplicabunt: exurrexi & adhuc sū tecū. Si occideris de⁹ peccatores: viri sanguinū declinate a me. Q̄ȝ dicitis ī cogitatiōe accipiāt: in vanitate ciuitates suas. Nōne qui oderūt te dn̄e oderā: & sup īimicos tuos tabescebā. Perfecto odio oderā illos: īimici facti sūt michi. Proba me deus & scito cor meū: interroga me et cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est: et deduc me in via eterna. Finito p̄s tota dicatur aña.



De terra plasmasti me & carnē induxisti me redēptor



meus domine resuscita me in nouissimo die.

Qua dicta dicat sacerd. sine Dn̄s vobiscū. & sic Orē⁹.


Commēdo aīam tuā deo patri oīpotenti: terrā terre: cinerē cineri: puluerē pulueri: in noīe p̄ris &c. Deinde dicat sacerd. hāc orōem sine Orem⁹. Or.

Temeritatis q̄dē est dn̄e vt homo hoīem/mortalis mortalē/cinis cinerē tibi dn̄o deo nostro audeat cōmendare: sed q̄r terra suscipit terrā & puluis cōuertitur in puluerē/donec oīs caro in suā redigatur originem: inde tuam deus pijssime pater lachrymabiliter q̄s pietatē: vt huius famuli tui vel famule tue N. animam quam creasti de huius mundi vorragine ceno

lenta ad patriā ducas/abrahe amici tui sinu recipias: refrigerij rore pfundas. Sit ab estuantis gehenne truci incendio segregata: et beate requiei te donante cōiuncta. Et si q̄ illi sunt dn̄e digne cruciatib⁹ culpe/tu eas gratia tue mitissime lenitatis idulge: ne peccati vicem sed indulgētie tue piā sentiat bonitatem. Cunqꝫ finito mūdi termino supernū cūctis illuxerit regnū/nouus homo sāctorū oīm cetib⁹ aggregatus vel aggregata cū electis tuis resurgat in parte dextera coronād⁹ vel coronāda. Per christū. Alia oratio. Oremus. Oratio.

Deus vite dator ⁊ humanorū corpor̄ reparator q̄ te a peccatorib⁹ exorari voluisti exaudi p̄ces quas speciali deuotione p anima famuli tui vel famule tue. N. tibi lachrymabiliter fundim⁹: vt liberare eā ab inferor̄ cruciatib⁹ ⁊ collocare eā inter agmina sctōrū tuor̄ digneris/veste quoqꝫ celesti ⁊ stola imortalitatis idui/⁊ paradisi amenitate confoueri iubeas. Per x.

Finita oratione incipiat cātor antiphonam.



Omnis spiritus. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

Laudate dn̄z de celis: laudate eū i excelsis. Laudate eū oēs angeli eius: laudate eum om̄es virtutes ei⁹. Laudate eum sol et luna: laudate eū om̄es stelle et lumen. Laudate eum celi celorū: et aque que super celos sunt laudent nomen dn̄i. Quia ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit ⁊ creata sūt. Statuit ea in eternum et in seculum seculi: preceptū posuit et non preteribit. Laudate dn̄m de terra: drachones et om̄s abyssi. Ignis/grando/nix glacies/sp̄us procellarū: que faciūt verbū eius. Montes ⁊ omnes colles: ligna fructifera et om̄s cedri. Bestie et vniuersa pecora: ser

pentes et volucres pennate. Reges terre & omnes populi príncipes & oēs iudices terre. Iuuenes & ꝟgines senes cum iunioꝛib⁹ laudēt nomē dñi qꝛ exaltatum est nomen eius solius. Confessio eius super celū & terrā: et exaltauit coꝛnu populi sui. Hymnus oībus sanctis eius: filijs israel populo appꝛopinquanti sibi. Cantate domino canticū nouū: laus eius in ecclesia sanctoꝝ. Letetur israel in eo qui fecit eū: et filie sion exultent in rege suo. Laudent nomē eius in choꝛo: in tympano et psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est domino in populo suo: et exaltauit mansuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloꝛia: letabuntur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eoꝝ & gladij ancipites in manib⁹ eoꝝ. Ad faciēdam vindictam in nationibus: increpationes in populis. Ad alligandos reges eoꝛum in compedibus: et nobiles eoꝛū in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudicium conscriptū: gloꝛia hec est omnibus sanctis eius. Laudate dominū in sāctis eius: laudate eū in firmamēto virtutis ei⁹. Laudate eū in virtutibus eius: laudate eū secūdū multitudinē magnitudinis ei⁹. Laudate eū in sono tube: laudate eū in psalterio & cythara. Laudate eū in tympano & choꝛo: laudate eū in choꝛdis & oꝛgano. Laudate eū in cymbalis bñsonātib⁹/ laudate eum in cymbalis iubilatiōis: oīs spūs laudet dominum.

¶ Finito ps tota dicatur aña / scilicet. Omnis spirit⁹ laudet dominum
Qua dicta dicat sac. sine Dñs vobis. & sñ Ore⁹. Or.

Debitum humani coꝛpoꝛis sepeliendi officium fideliū moꝛe cōplentes/ deum cui oīa viuunt fideliter depꝛecemur: vt hoc coꝛpus chari nostri vel


chare nostre N. a nobis infirmitate sepultum/in ordine sanctorum suorum resuscitet: et eius spiritum sanctis ac fidelibus aggregari iubeat: cum quib⁹ inenarrabili gloria & perenni felicitate perfrui mereatur. Per dnm nostrū iesum christū filiū eius. Qui cum eo vivit. &c. Finita oratione incipiat sacerdos Antiphonā.

Et itonet p̄s Bndictꝰ mō seqnti. tot⁹ p̄s. dicat & cātet hic Ego sū. solēnit sic. ad mat.




Enedict⁹ domin⁹ deus israel: quia visitauit & fecit redēptionē plebis sue Et erexit cornu salutis nobis: i domo dauid pueri sui Sicut locut⁹ est per os sanctoꝝ: qui a seculo sunt prophetarū eius. Salutē ex inimicis nostris: et de manu omniū qui oderūt nos. Ad faciendā misericordiā cū patrib⁹ nostris: et memorari testamēti sui sācti. Iusiurādū quod iurauit ad abrahā patrē nostrū: daturū se nobis. Ut sine timore de manu inimicorū nostrorū liberati: seruiam⁹ illi. In sctitate & iustitia corā ipso: oib⁹ dieb⁹ nostris. Et tu puer ppheta altissimi vocaberis: preibis eni ante faciē dni parare vias eius. Ad dādā sciētiā salutis plebi ei⁹: in remissionē pctoꝝ eoꝝ. Per viscera mie dei nri: i qb⁹ visitauit nos oriēs ex alto. Illuiare his q̄ i tenebris & i vmbra mortis sedēt ad dirigēdos pedes nr̄os i viā pacis. Finito p̄s to. dicat ā

Ego sū resurrectio & vita: qui credit in me etiā si mor



tuus fuerit viuet/ et omnis q̄ viuit et credit i me nō mo



rietur in eternum. Qua dicta sequat hoc modo. Kyrie eleisō. Christe



eleison. Kyrie eleison.

Hic roget sacerdos orare pro anima defuncti ita dicens.

Pro anima N. et pro animabus omnium fidelium defunctorum. Pater noster. Deinde dicat sacerdos.



Et ne nos inducas i tētationē. Sed libera nos a malo



Requiem eternam dona eis domine.

Et lux ppetua luceat eis. A porta iferi. Erue dn̄e animas eorū. Credo videre bona dn̄i. In terra viuētiū.



Non intres in iudiciū cū seruo tuo domine. Quia nō



Dn̄e exaudi orationē meā Et clamor me

iustificabitur i cōspectu tuo oīs viuēs. us ad te veni-

at. Dñs vobiscũ. Et cum spũ tuo. Oremus. Oratio
Deus origo pietatis/pater miarũ/solamen tristium/indultor criminum/de cuius munere venit omne quod bonũ est ⁊ pcedit: respice propitius supplicum preces. Et quãuis ppria nos reputet indignos cõscientia/te dignũ nostris flecti petitionibus: pulsamus tamen quantulũcunqꝫ conceditur aures tue pietatis. Nã si omittimus in vtroqꝫ veremur esse rei: qm̃ et te precipis a peccatoribus exorari: nostroqꝫ et si non merito hoc agendum te prestante tribuitur in ministerio. Ergo te dñe sancte pater oĩps eterne deus qui vnicum filium tuũ dñm nostrũ iesũ xp̃m incarnari de virgine cõstituisti quo vetustum solueret proprio cruore peccatũ/⁊ vitã redderet mundo: ipso opitulante animam fratris nostri vel sororis nostre N. ab ergastulo cenolente materie exẽptã ab oĩbus piaculis q̃s absoluas. Nullas patiatur insidias occursantiũ demonũ: propter quam misisti ad terras vnigenitum filiũ tuũ. Libera et absolue eam a tetra voragine inferni/quaꝫ redemisti precioso sanguine vnigeniti filij tui. Libera et absolue eam ab estuantis gehenne truci incẽdio collocãs in paradisi amenitate. Non sentiat pijssime pater quod calet in flãmis/quod stridet in penis/⁊ quod horret in tenebris: sed munificẽtie tue munere preuẽta mereat̃ euadere iudiciũ vltionis: ⁊ btẽ requiei ac lucis eterne felicitate perfrui. Per xp̃m. Alia oratio cũ Oremus.
Tibi dñe cõmẽdamus aĩam famuli tui vel famule tue N. vt defunctus vel defuncta seculo tibi viuat: et q̃ per fragilitatẽ mũdane cõuersationis pctã admisit/tu venia misericordissime pietatis absterge. Per xp̃m. His dictis dicat̃ p̃s. Miserere. cum añ. Requiẽ eternã. Qua dicta dicat sacerdos in auditu oĩm.

Pater noster. pro anima eius N. et pro animab⁹ quorum ossa i hoc cemiterio vel in alijs requiescunt: et p animabus omnium fidelium defunctorũ. Deinde dicat sacerdõ. Et ne nos. Sed libera. A porta inferi. Erue domine. Ne tradas domine bestijs animas confitentes tibi. Et animas pauperum tuorũ ne obliuiscaris in finem. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Deus cui⁹ miseratione anime fideliũ requiescũt animabus famulorum famularũq̧ tuaꝝ hic ꝛ vbiq̧ in christo quiescentium / da propitius suorum veniã peccatorum: vt a cũctis reatibus absoluti / tecum sine fine letentur. Per christum. ¶ Postea reuertentes clerici de tumulo dicant septem p̃os penitentiales / vel psalmum De profundis. cum aña. Requiem eternã. Sequatur. Kyrie eleison. Christe eleisõ. Kyrie eleisõ. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. A porta inferi Erue domine. Anima eius in bonis demoretur. Et semẽ eius hereditet terram. Credo videre bona dñi. In terra viuentium. Nõ intres in iudiciũ cum seruo tuo domine. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Dominus vobiscũ. Orem⁹. Oratio.

Satisfaciat tibi dñe deus noster p anima famuli tui N. fratris nostri sancte dei genitricis semperq̧ virginis marie / et sanctissimi apostoli tui petri / omniumq̧ sanctorum tuorũ oratio: et presentis familie tue humilis et deuota supplicatio: vt peccatorũ omnium veniam precamur obtineat: nec eã patiaris cruciari gehennalibus penis / quam filij tui dñi nostri Jesu christi precioso sãguine tuo redemisti. Qui tecũ. ꝛc. ¶ In fine omniũ demissa voce dicatur sic. Anima ei⁹ et anime om fidelium defunctorum per dei miam requiescãt i pace. Amẽ. ¶ Missa de sancta cruce Offm.

¶ Missa de sancta cruce. Officium.



Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi/in quo est salus vita & resurrectio nostra:per quem saluati et liberati sumus. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Gloria patri & filio. Sicut erat in principio. Oratio.

Deus qui vnigeniti filii tui domini nostri Iesu christi precioso sanguine viuifice crucis vexillū sanctificare voluisti:concede quesumus eos qui eiusdem sancte crucis gaudēt honore:tua quoqꝫ vbiqꝫ protectione gaudere. Per eundem dominum nostrum.

¶ Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad philippēses.

Fratres: Christus factus est pro nobis obediēs vsqꝫ ad mortem:mortem autē crucis. Propter quod et deus exaltauit illū/et donauit illi nomē quod est super omne nomen: vt in nomine iesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum. Et omnis lingua confiteatur:quia dominꝰ noster iesus christus in gloria est dei patris. Grad. Christus factus est pro nobis obediens vsqꝫ ad mortem:mortem autē crucis. Vꝰ. Propter quod et deus exaltauit illum: & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Alleluia. Vꝰ. Dulce lignum/dulces clauos/dulcia ferens pondera:que sola fuisti digna sustinere regem celorum & dominum. Euangelium secundum Mattheum.

In illo tempore: Ascendens iesus hierosolymā: assumpsit duodecim discipulos suos secreto/et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam:et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis:et condemnabunt eum morte. Et tradent eum gētibus

ad illudendū & flagellandū et crucifigēdum. Et tertia die resurget. Offer. Protege dñe plebem tuam per signum sancte crucis ab omnibus insidiis inimicorum oim: vt tibi gratam exhibeamus seruitutem/et acceptabile tibi fiat sacrificium nostrū alleluia. Secreta.

HEc oblatio dñe ab omnib⁹ nos purget offensis: que in ara crucis etiā totius mūdi tulit offēsas. Per dñm. Cōio. Per lignum serui facti sumus: & per sanctam crucem liberati sumus: fructus arboris seduxit nos: filius dei redemit nos alleluia. Postcōmunio.

ADesto nobis domine deus noster: vt quos sancte crucis letari facis honore/eius quoq₃ perpetuis defende subsidiis. Per dominum nostrum.

Missa de sancta maria per totū aduentū. Officiū.

ROrate celi desuper & nubes pluant iustum: aperiatur terra et germinet saluatorem. ps. Et iustitia oriatur simul: ego dominus creaui eum. Gloria patri & filio. Sicut erat in principio. Oratio.

DEus qui de beate marie virginis vtero verbum tuum angelo nunciante carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt qui vere eam genitricē dei credimus/eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur Per eundem. Lectio Esaie prophete.

IN diebus illis: Locutus est dñs ad achaz dicēs. Pete tibi signum a domino deo tuo in profundū inferni: siue in excelsum supra. Et dixit achaz. Nō petam: et non tentabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nunquid parum vobis est molestos esse hominib⁹: quia molesti estis et deo meo. Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo cōcipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius emanuel. Butyrum et mel comedet: vt sciat reprobare ma

lum/et eligere bonum. Gr. Tollite portas principes vestras/et eleuamini porte eternales/& introibit rex glorie. Vsus. Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius: innocēs manib⁹ & mūdo corde. Alleluia. V. Aue maria gratia plena dñs tecum: bñdicta tu in mulieribus. Secundum Lucam.

IN illo tēpore: Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth/ad virginem desponsatam viro cui nomen erat ioseph de domo dauid: et nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eam: dixit. Aue gratia plena: dñs tecū. Que cū audisset turbata est in sermone ei⁹: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angel⁹ ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiā apud deū. Ecce concipies in vtero & paries filiū: et vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus sedē dauid patris ei⁹/et regnabit in domo iacob in eternū: & regni ei⁹ nō erit finis. Dixit autē maria ad angelū. Quomodo fiet istud: qm̄ virum non cognosco: Et respondens angelus dixit ei. Spūs sanct⁹ superueniet ī te: & virt⁹ altissimi obūbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctū: vocabitur fili⁹ dei Et ecce elizabeth cognata tua: & ipsa cōcepit filiū in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis qr non erit impossibile apud deū oē verbū. Dixit autē maria. Ecce ancilla dñi. Fiat michi secundum verbū tuū. Offer. Aue maria grā plena dñs tecū: bñdicta tu in mulierib⁹: & bñdictus fructus ventris tui. Secreta.

IN mentibus nostris q̄s domine vere fidei sacramenta ꝯfirma: vt q̄ cōceptū de virgine deū & hominē firmiter ꝯfitemur: per eiusdē salutifere resurrectionis potētiam/ad eternā mereamur peruenire leti

tiā. Per dñm. Cōio. Ecce virgo ↄcipiet ⁊ pariet filiū: et vocabitur nomen eius emanuel. Postcommunio.
Gratiam tuā q̄s dñe mentibus nostris infunde: vt qui angelo nūciante xp̄i filij tui incarnationē cognouimus per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem dominū.
¶ A purificatione vsq; ad aduentum. Officium.
Salue sancta parēs enixa puerpera regem qui celum terramq; regit in secula seculorum. V⁹. Benedicta tu in mulieribus: et benedict⁹ fructus ventris tui. Gloria patri et filio. Oratio.
Concede nos famulos tuos quesumus dñe de⁹ perpetua mentis ⁊ corporis salute gaudere: et gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia/ et eterna perfrui leticia. Per dominum nostrum. Lectio libri sapientie.
Ab initio ⁊ ante secula creata sum/ ⁊ vsq; ad futurum seculum non desinam: et in habitatione sancta corā ipso ministraui. Et sic in sion firmata sū ⁊ in ciuitate sanctificata similiter requieui: ⁊ in hierusalē potestas mea. Et radicaui in ppl'o honorificato: ⁊ in partes dei mei hereditas illi⁹. Et in plenitudine sctōꝝ detentio mea. Gr. Bñdicta ⁊ venerabilis es virgo maria: que sine tactu pudoris inuēta es mr̄ saluatoris. V. Virgo dei genitrix quē tot⁹ nō capit orbis/ i tua se clausit viscera fact⁹ hō. Alla. V. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. In tempore paschali. Alleluia. V. Per te dei genitrix nobis est vita perdita data: que de celis suscepisti prolē et mundo genuisti saluatorem. Secundum Lucam.
In illo tēpore: Loquēte iesu ad turbas: extollēs vocem quedam mulier de turba/ dixit illi. Bea=

cus venter qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo. Beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud. Secundum Johannem.

IN illo tẽpore Stabãt iuxta crucẽ iesu mater eius et soror matris eius: maria cleophe et maria magdalene. Cũ vidisset ergo iesus matrẽ et discipulũ stãtẽ quẽ diligebat dixit matri sue. Mulier/ecce filius tuus. Deĩde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã discipulus in suã. Offr. Felix namque es sacra virgo maria et omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitie christus deus noster alleluia. Secreta.

TUa dñe propitiatione et beate marie semper virginis intercessione ad perpetuã atque presentem hec oblatio nobis proficiat prosperitatem et pacem. Per dominũ. Cõio. Beata viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filiũ. In tpe paschali. Cõio. Uera fides geniti purgauit crimina mũdi: et tibi virginitas inuiolata manet. Postcommunio.

SUmptis domine salutis nostre subsidijs: da quesumus beate marie semper virginis nos patrocinijs vbique protegi/in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per dñm. Epistola de trinitate. Ad corinthios.

FRatres. Gratia dñi nři iesu xpi et charitas dei/ et cõmunicatio scti spũs: sit sẽp cũ oibus nobis. In xpo iesu dño nřo. Euangelium secũdũ Johannẽ.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Cũ venerit paracłitus quẽ ego mittã vobis a patre/spiritum veritatis qui a patre procedit: ille testimoniũ perhibebit de me. Et vos testimoniũ perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Hec locutus sum vobis: vt nõ scandalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit hora vt omis qui iterficit vos: arbitretur obsequiũ se prestare deo.

Et hec facient vobis: quia non noverunt patrem neque me. Sed hec locutus sum vobis: ut cum venerit hora eorum/reminiscamini quia ego dixi vobis. ¶ Missa de sancto spiritu.



Spiritus domini replevit orbem terrarum alleluia: et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis alleluia alleluia alleluia. Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. et Gloria patri. Oratio.

Deus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti/da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semper consolatione gaudere. Per dominum nostrum. eiusdem. ¶ Lectio actuum apostolorum.

In diebus illis. Cum audissent apostoli qui erant hierosolymis quia recepit samaria verbum dei: miserunt ad illos petrum et iohannem. Qui cum venissent oraverunt pro ipsis: ut acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat: sed baptizati tantum erant in nomine iesu. Tunc imponebant manus super illos: et accipiebant spiritum sanctum. Gr. Beata gens cuius est dominus deus eorum: populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. V. Verbo domini celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluia. V. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende. ¶ Euangelium secundum Johannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me: sermonem meum servabit. Et pater meus diliget eum: et ad eum veniemus/et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me: sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis non est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis: apud vos manens. Paraclitus autem spiritus sanctus

quem mittet pater i nomine meo: ille vos docebit om
nia/et suggeret vobis omnia quecunqz dixero vobis.
Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non
quomodo mundus dat: ego do vobis. Non turbet cor
vestrum: neqz formidet. Audistis quia ego dixi vobis:
vado et venio ad vos. Si diligeretis me/gauderetis
vtiqz quia vado ad patrem: quia pater maior me est.
Et nunc dixi vobis priusqȝ fiat: vt cum factum fuerit/
credatis. Jam nõ multa loquar vobiscum. Venit em̃
princeps mundi huius: et in me nõ habet quicqȝ. Sed
vt cognoscat mundus quia diligo patrem: et sicut mã
datum dedit michi pater/sic facio. Offer. Confirma
hoc deus quod operatus es in nobis a tẽplo tuo quod est
in hierusalẽ: tibi offerẽt reges munera alla. Secreta.
Munera quesumus domine oblata sanctifica: et
corda nostra sancti spiritus illustratione emun
da. Per eundem dominum. eiusdem. Communio.
Factus es repẽte de celo sonus aduenĩẽtis spũs vehe
mentis vbi erant sedentes alla: et repleti sunt oẽs spũ
sancto/loquentes magnalia dei alla alla. Postcõio.
Sancti spiritus quesumus domine corda nostra
mundet infusio: et sui roris intima aspersione fe
cundet. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem.
¶ Benedictiones ab episcopis et suffraganeis faciẽde.
Et primo. Cõfirmatio puerorum. In primis dicat e-
piscopus. Adiutorium nostrum. Sit nomen dñi. &c.
Dominus vobiscum. Et cũ spũ tuo. Oremus. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus/qui regenerare di
gnatus es hos famulos tuos vel has famulas
tuas ex aqua et spiritu sãcto: quibz dedisti eis remissio
nem omnium peccatorum immitte in eos septiformẽ
spiritum sanctum paraclitum de celis. Amen. Spiri-

tum sapientie et intellectus. Amen. Spiritum sciencie et pietatis. Amen. Spiritum consilij et fortitudinis. ✠ Amen. Et imple eos vel eas spiritu timoris dñi ✠ Amen. Et cõsigna eos vel eas signo sancte crucis ✠ cõfirma eos vel eas chrismate salutis in vitam propitiatus eternam. Amen. Et tunc eps petat nomē et vngat pollicē chrismate: et faciat in fronte pueri crucē dicēs. ¶ Cõsigno te N. signo crucis ✠ & cõfirmo te chrismate salutis. In nomine patris et fi ✠ lij / & spiritus sancti. Amen. Pax tibi. Oremus. Oratio.

Deus qui apostolis tuis sanctum dedisti spiritũ quiq; per eos eorum successorib⁹ ceterisq; fidelibus tradendum esse voluisti: respice propitius ad nostre humanitatis famulatum: et presta / vt horum corda quorum frontes sacrosancto chrismate deliniuim⁹ et signo sancte crucis cõsignauimus: idem spirit⁹ sanctus adueniens / templum glorie sue dignãter inhabitando perficiat. Per dominum. in vnitate eiusdem.

Ecce sic benedicetur omnis homo qui timet dominũ. Benedicat vos dominus ex sion: vt videatis bona hierusalem omnibus diebus vestris. Benedicat vos omnipotens deus: pa ✠ ter & fi ✠ li⁹ & spiritus ✠ sãct⁹. Amen. ¶ Benedictio indumentorum sacerdotalium. Adiutorium nostrum. Dñs vobiscũ. Ista in omnib⁹ benedictionibus primo dicantur. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui per moysen famulum tuum pontificalia seu sacerdotalia / ac leuitica vestimenta / ad explendũ mysteriũ eorum in conspectu tuo / & ad decorem tui nominis fieri decreuisti: adesto propiti⁹ inuocationibus nostris: & hec indumenta desuper irrigata gratia tua / ingẽti benedictiõe per nostrẽ humilitatis seruitutem purificare ✠ benedice-

re ✠ et consecrare ✠ digneris: vt diuinis cultib9 et sacris mysterijs apta et bene✠dicta existant: hisqꝫ sacris vestibus põtifices/sacerdotes/seu leuite tui induti/ab omnibus impulsionibus seu tentationibus malignorum spirituum muniti ac defensi esse mereantur: omnesqꝫ eis vtentes tuis mysterijs aptos ⁊ cõdignos seruire: atqꝫ in his placide inherere et deuote perseuerare retribue. Per dominum nostrum. Oratio.

DEus inuicte virtutis auctor/ ⁊ omnium rerũ creator ac sanctificator/intẽde propiti9: vt hec indumenta sacerdotalis et leuitice glorie ministerijs tuis finiẽda tuo ore proprio bene ✠ dicere ⁊ sãcti✠ficare ⁊ cõsecrare digneris: oẽsqꝫ eis vtentes tuis mysterijs aptos ⁊ tibi in eis deuote ⁊ amicabiliter seruiẽtes gratos effici cõcedas. Per dominum. Et aspergat eã episcopus aqua benedicta: ⁊ idem faciat in benedictione cuiuslibet specialis indumenti. ¶ Benedictio specialis cuiuslibet indumenti. Oremus. Oratio.

DEus omnĩs bonarũ virtutũ dator ⁊ omniũ benedictionũ larg9 ĩfusor/te supplices exoram9: vt manibus nostris opem tue benedictionis infũdas: ad hunc amictum vel albam vel cinctorium vel manipulum vel dalmaticam vel patenam vel plumale diuino cultui preparatũ/virtute sancti spirit9 bñ ✠ dicere et sãcti ✠ ficare atqꝫ cõse ✠ crare digneris. Et omnibus eis vtẽtibus gratiã sãctificationis sacri mysterij tui benignus concede: vt in conspectu tuo sancti ⁊ immaculati atqꝫ irreprehensibiles appareant: et auxiliũ mĩe tue acqrãt. Per do. ¶ Benedictio amict9. Orem9

BEne ✠ dic dñe q̃s omnipotens de9 amictũ istũ tam leuitici q̃ sacerdotalis officij: ⁊ cõcede propiti9: vt quicũqꝫ eũ capiti suo imposuerit/benedictio

nem tuã accipiat: sitq; in fide solidus et sanctitatis gra
uedine fundatus. Per dominum. ¶ Benedictio albe.
DEus inuicte virtutis auctor/ et om rerum crea
tor et sanctificator: intẽde propitius/ vt albam
leuitice ac sacerdotalis glorie tuo ore pprio bene ✠ di
cere/ sãcti ✠ ficare/ atq; conse ✠ crare digneris: o&q;
ea vtentes tuis mysterijs aptos/ et tibi in ea deuote et
amicabiliter seruientes gratos effici cõcedas. Per do-
minum nostrum. ¶ Benedictio cinguli.
OMnipotens sempiterne deus/ qui aaron et filijs
suis sacerdotali ministerio cingulo cum baltheo
lumbis stringi iussisti/ adesto supplicationib⁹ nr̃is:
vt lũbes tue sctẽ operatiõis ministri hac zona iustitie cir
cũsepti/ renes lũbosq; sancte pudicitie precingere sata-
gant atq; preualeant: quaten⁹ nec vento elatiõis/ nec
frigore iniquitatis tabescãt: sed magis ac magis te opi
tulante cõfirmari et corroborari ad tibi placita queãt.
Per dñm. ¶ Benedictio manipuli. Orem⁹. Oratio.
EXaudi nos dñe sancte pater oĩps eterne deus: vt
hunc manipulũ sacri mysterij vsui preparatũ
bn̄ ✠ dicere/ sancti ✠ ficare/ atq; cõ ✠ secrare digne
ris. Per dñm. ¶ Benedictio stole. Oremus. Oratio.
DEus qui stolis predicatoribus collũ et pect⁹ mu
niri iussisti/ exaudi nos propitius: vt quicunq;
tuorũ sacerdotũ huic stole colla subiecerint/ quicquid
corde credũt boni proferant: et quod verbis edocuerint
factis adimplere festinent. Per dominum nostrum.
¶ Benedictio stole et manipuli simul.
DOmine iesu xp̃e fili dei viui/ q̃ pi⁹ et misericors
ore tuo sancto et benedicto dixisti. Uenite ad me
omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiã vos
et inuenietis requiem aĩab⁹ vestris. Jugũ eñ meum

suaue est: et onus meū leue. stolam istam et manipulū istū quē famuli tui sacerdotes et leuite ad ostendendū se seruituti tue mancipatos gestaturi sunt bene ✠ dicere/sancti ✠ ficare/atq; cōse ✠ crare digneris quatenus eis vtentes iugū tuū suaue ꝛ on⁹ tuū leue sentiāt: et aīab⁹ suis requiē inueniāt sempiternā. Per te salua toꝛ mūdi rex gloꝛie. Qui viuis. Bn̄dictio casule. Orō.

DEus fons pietatis et iustitie/q̄ tui operis ministros ad extremum vestimentoꝛū suoꝛū casula cuius munimento interius omnia tegerentur/vestiri sanxisti: concede pꝛecib⁹ nostris virtutē et bn̄ ✠ dictionē gratie tue: vt oēs hac casula induti (enumeratis interius oīm virtutū oꝛnamētis) vinculū perfecte charitatis sup oīa habeāt ꝛ cōseruent: quo pficere valeant sacrificiū tibi gratū pꝛo viuis ꝛ moꝛtuis: ꝛ que adipisci desiderant/deuota mente implere valeant. Pꝛestante domino nostro. Qui tecū viuit. ❡ Benedictio mapparum seu linteaminum altaris. Oꝛatio.

EXaudi pꝛeces nostras domine: ꝛ hec linteamina sacri altaris vsui pꝛeparata bene ✠ dicere ꝛ sanctifi ✠ care digneris. Per dominū nostrum. Oꝛatio.

DOmine deus omnipotens qui moysen famulū tuum per quadꝛaginta dies oꝛnamēta ꝛ linteamina facere docuisti: que etiā maria texuit in vsum tabernaculi federis/bene ✠ dicere/sancti ✠ ficare/et cōse ✠ crare digneris hec linteamina ad tegendum et inuoluendum altare glorioꝛissimi filij tui domini nostri iesu chꝛisti. Qui tecum viuit. ❡ Benedictio patene.

ORemus fratres dilectissimi/vt diuine gratie benedictio cōse ✠ cret et sancti ✠ ficet hāc patenā ad confringendū in ea coꝛpus domini nostri iesu chꝛisti: qui crucis passionem sustinuit pꝛo salute omnium

nostrum. Qui vivit et regnat. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui legalium institutor es hostiarum: quique inter eas conspersam similaginem deferri in patenis aureis et argenteis ad altare tuū iussisti: bene ✠ dicere/sancti ✠ ficare/atque cō ✠ secrare digneris hanc patenā in administrationem eucharistie iesu christi filii tui qui pro nostrū omnium salute seipsum tibi deo patri in crucis patibulo elegit immolari. Qui tecū. Hic faciat episcopus crucē cum pollice de oleo sancto super patenā: et mox liniat totam superficiem cū ipso pollice dicens. Cō ✠ secrare et sācti ✠ ficare dignare dn̄e patenam istam per istā unctionem et nostram sanctam benedictionem in christo iesu domino nostro. Qui tecū. Prefatio ad calicē.

Oremus dilectissimi fratres: ut deus et dn̄s noster calicē istū in usū sui ministerii cōsecrādū celestis gratie inspiratione sctificet: et ad habendā plenitudinē divini amoris accōmodet. Per d. Bn̄dictio calicis.

Dignare dn̄e deus noster calicē istum bene ✠ dicere i usum ministerii tui pia devotione formatum et sanctificatione perfundere qua melchisedech famuli tui sacratum vas vel calicē perfudisti: et quod arte vel metallo effici non potest altaribus tuis dignū fiat tua benedictione sanctificatū. Per dominū. Hic faciat crucem de chrismate a labio eius in labiū cū pollice: et mox liniat et perungat calicem totū infra dicēs. Con ✠ secrare et sancti ✠ ficare dignare calicē istū per istam sanctam unctionem et nostrā benedictionē: i christo iesu domino nostro. Qui tecū. Actiones nostras quesumus domine aspirando preveni et adiuvādo prosequere: ut cuncta nostra operatio et a te semper incipiat et per te cepta finiatur. Per dominū. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus manibus nostris quesumus opem tue benedictionis infunde: & per nostram benedictionē hoc vasculum cum patena sancti✠ficetur: et corporis & sanguinis domini nostri iesu christi nouum sepulchrum sancti spiritus gratia perficiatur. Per eundem dominum nostrum iesum. &c.

Uasa sacra et alia ornamenta ecclesie in generali benedicantur hoc modo Adiutorium nostrum. Oremus.

Exaudi domine preces nostras clementissime pater: & hec purificāda vasa & ornamēta sacri altaris atq; ecclesie tue sacre mysterii usui preparata/ben✠dicere & sancti✠ficare digneris. Per dñm. Oratio.

Omnipotens et misericors deus/qui ab initio utilia et necessaria hominib⁹ creasti: templaq; manu hominum facta nomini tuo sācto dicari/tueq; habitationis loca vocari voluisti: quiq; per famulū tuū moysen vestimenta pontificalia et sacerdotalia & leuitica/et alia queq; diuersi generis ornamenta ad cultū et decorem tabernaculi et altaris tui fieri decreuisti: exaudi propitius preces nostras: & omnia hec diuersarū specierum ornamenta in usum basilice tue vel altaris ad honorem et gloriam tuam preparata: puri✠ficare: bene✠dicere: sancti✠ficare: atq; conse✠crare digneris: vt diuinis cultib⁹ sacrisq; mysteriis apta et benedicta existant: atq; confectionib⁹ corporis & sanguinis domini nostri iesu christi dignis pareātur famulatibus. Qui tecū. Et aspgat aqua bñdicta. Benedictio librorum. Adiutoriū nostrū. &c. Orem⁹. Oratio.

Descendat domine virtus spiritus sancti super hunc librum: qui eum mūdando purificet & benedicat atq; sanctificet: et omnium in eo legentium clementer corda illuminet: & verum intellectum tribuat:

sed et intelligendo tua precepta conseruare et implere secundum voluntatem tuā bonis operibus concedat. Per dominū. eiusdem. Et aspergatur aqua bñdicta.

¶ Benedictio thuribuli. Adiutorium. &c. Oremus.

Domine deꝰ q̄ dū filios israel in deserto murmurantes ob rebellam suam audaciam dudum vastaret incendium/aaron sacerdotem tuum/ac repleto igne altaris thuribulo tibi incensum ponentē exaudire/easqꝫ de incendio liberare dignatꝰ es bene ✠ dic q̄sumus domine thuribulum hoc: et presta/vt quoties in eo thus adolebitur/votum populi tui boni odoris efficias. Per dñm. ¶ Benedictio incensi. Oremus.

Domine deus omnipotēs/cui astat exercitꝰ angelorum cum tremore: quorum seruitium spirituale et igneum esse cognoscitur: dignare respicere/bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare hanc creaturā incensi: vt omnes languores cunctéqꝫ insidie inimici odorem eiꝰ sentientes effugiant et separentur a plasmate tuo/qđ precioso sanguine redemisti: vt nunq̄ ledantur a morsu antiqui serpentis. Per dominum nostrum. ¶ Benedictio corporalis. Adiutorium nostrum in nomine domini. Qui fecit celum et terram. Oremus. Oratio.

Clementissime deus/cuius inenarrabilis est virtus/cuius mysteria arcana miraculis celebrantur: tribue quesumus/vt hoc linteamen tue propitiationis bene ✠ dictione sanctificetur: et ad consecrandum super illud corpus dei & domini nostri iesu christi filij tui dignum efficiatur. Per eundem Oremus.

Deus qui pro humani generis saluatione verbū caro factꝰ es/& habitare totus in nobis non dedignatꝰ es: quiqꝫ traditori tuo perfido osculū piū dedisti: dū pro vita oīm piꝰ mactari voluisti: atqꝫ sindone

lineo texto te involui permisisti: respice propitius ad vota nostra: qui tua fideliter charismata amplecti cupimus: quesumus domine sancti✠ficare/ bene✠dicere/ et conse✠crare digneris hoc corporale in usum altaris tui: ad consecrandum super illud siue ad tegendum inuoluendumque sacrosanctum corpus et sanguinem tuum domine iesu christe/ dignisque pareat famulatibus: ut quicquid sacro ritu super hoc immolabitur/ sicut melchisedech oblatum placeat tibi holocaustum: et obtineat per hoc premium quicunque obtulerit votum. Te quoque humiliter rogamus ac petimus: ut hoc corporale tue sanctificationis ubertate per sancti spiritus gratiam purifices et sanctifices: qui te pro nobis omnibus offerre sacrificium voluisti: et presta ut super hoc sint tibi libamina accepta siue grata/ sint pinguia/ et spiritus sancti rore perfusa: saluator mundi. Qui viuis. Oremus. Oratio.

Deus qui digne tibi seruientium nos imitari desideras famulatum/ respice propitius ad humilitatis nostre seruitutem: et hoc corporale nomini tuo dedicatum et seruitutis tue usibus preparatum/ celestis virtutis benedictione sancti✠fica/ puri✠fica/ et conse✠cra: quatenus super illud spiritus sanctus tuus descendat: qui et oblationes populi tui benedicat: et corda siue corpora sumentium benignus reficiat. Per dominum nostrum. Benedictio precariorum.

Deus omnium benedictionum largus infusor/ ac omnis bone actionis inspirator: qui omnia tabernaculi federis ornamenta ad deuotionem populi tuo ore proprio fieri precepisti: te humili prece deposcimus ut hec oracula siue precaria sanctitatis effigiem pretendentia: et ad deuote orandum beatissimam virginem mariam dei genitricem adoptata: et ad psallendum

eiusdem sanctissime virginis psalterium confecta et preparata illa benedictione perfundas et benedicas: qua olim per manus sacerdotum vtensilia tabernaculi perfudisti. Et concede vt quicunque in his oraculis siue precariis ipsam gloriosissimam virginem suppliciter honorare studuerint: aut i his quocunque loco corã sua imagine preces effundere decreuerint: aut eius patrociniũ postulauerint: illius precibus et obtentu gratiam et gloriam consummato vite presentis termino obtineant: et tue propitiationis indulgentiam consequantur. Per dominum nostrum iesum christum. &c.

SOlus et ineffabilis et incomprehensibilis creator omnipotẽs deus cuius verbo et potestate cuncta sunt creata: cuius dono percepimus que ad vite remedia possidemus: te supplices obnixis precibus depcamur: vt de sede maiestatis tue hec oracula siue precaria fidelium famulorum tuorum sanctitati conueniẽtia: tua benedictione et celesti sanctificatione perfundere digneris: quatenus beneplacitũ munus in his orantium accipias. Sintque hec oracula siue precaria in conspectu tue clementie libenter accepta: sicut abel alumni tui/vel sicut melchisedech munera tibi placuerunt oblata: vt qui in his beatissimam dei genitricẽ mariã suis sanctis nititur decorare obsequiis/filius eius dominus noster iesus christus magna pro paruis recompenset: deuotionem eius accipiat: peccata dimittat: fide eum repleat: indulgentia foueat: misericordia protegat: aduersa destruat: prospera concedat. Habeat in hoc seculo bone actionis documentum: charitatis studium: sancti amoris affectum: et i futuro cum sanctis angelis gaudium adipiscatur perpetuũ. Per eundem

¶ Bñdictio ad oĩa q̃cũque volueris. Adiutoriũ nostrũ.

Benedic ✠ domine creaturam istã N. vt sit remediũ salutare generi humano: et presta per inuocationem sanctissimi nominis tui: vt quicũqꝫ ex ea sumpserit/corporis sanitatem et anime tutelam percipiat. Per dominum nostrum iesum christum. ꝛc.

Incipit modus ad signandũ siue cãpanã benedicendum. Inprimis presbyter indutus superpellicio et stola et cruce precedẽte cũ clero ꝛ populo cõgregato dũ metallũ decurrit pro cãpana faciẽda incipit hymnũ. Ueni creator. cũ versu et collecta de sancto spiritu. Quãdo vero cõpleta est incipit Te deum laudamus. Et omnes clerici vna voce debẽt cãtare. Et i fine. Da pacem. ℣. A domino factũ est istud. ℟. Et est mirabile. Dominus vobiscum. Oratio.

Actiones nostras quesumus domine aspirãdo preueni ꝛ adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat/ꝛ per te cepta finiatur. Per christum. Quando volunt pendere/possunt: sed primitus benedicitur/ꝛ cõsecrant in modum qui sequitur. ¶ Benedictio aque. ℣. Adiutoriũ nostrum. ℣. Sit nomen. Oremus. Oratio.

Bene ✠ dic domine hãc aquam benedictione celesti: et assistat super eam virtus spirit⁹ sancti: vt cum hoc vasculum ad inuitãdos filios ecclesie preparatum in ea fuerit tinctum/vbicunqꝫ sonuerit eius tintinnabulũ: lõge recedat virt⁹ inimicorum/vmbra fantasmatũ/icursio turbinum/percussio fulminum/lesio tonitruũ/calamitas tempestatum/omnisqꝫ spiritus procellarũ. Et cum clangorem illius audierint filij christianorum/crescat in eis deuotionis augmentum: vt festinantes ad pie matris gremium cantẽt tibi in ecclesia sanctorum deferentes in sono tube preco-

nium/modulationem per psalterium/exultationē p organū/suauitatē per tympanū/iocūditatē per cym=balum/gentes inuitari valeant in templis sancto sub suis obsequijs et precib⁹ exercitū angelorū. Per dnm. eiusdē. ¶ Postea debet cātare hos sex psalmos. Lauda aīa mea dnm. Laudate dominum quoniā bon⁹. Lauda hierusalē dnm. Laudate dnm de celis. Cātate dño cāticū nouū: laus ei⁹ in ecclesia sctōrū. Lau=date dnm in sanctis eius. Et dū cantat debet sacerd. lauare clocā de supradicta aqua benedicta cū oleo be=nedicto/et sale benedicto: quod benedicitur sicut in die dnico. Deinde dicit orationē sequentē. Orem⁹. Oro.

DEus qui per beatum moysen legiferū tubas argenteas fieri precepisti: quas dum leuite sacrificij clangerent/sonitu dulcedinis populus monit⁹ ad adorandum te fieret preparatus: quarū clangore hor=tatus ad bellum tela prosterneret aduersantiū: presta vt hoc vasculum tue ecclesie preparatum sanctificetur a spiritu sancto: vt per illius tactum/fideles inuiten=tur ad premium. Et cum melodia illius auribus inso=nuerit populorum/crescat in eis deuotio fidei: procul pellantur omnes insidie inimici. Fragor grandinum procella turbinum/impetus tempestatū tēperentur. In=festa tonitrua/ventorū flagra fiant salubriter ac mo=derare suspensa. Prosternas aereas potestates dexte=ra tue virtutis: vt hoc audientes tintinnabulum/tre=miscant et fugiāt ante sancte crucis vexillum. Per dominū. eiusdē. Tunc debet eam extergere linteo dicen=do hunc psalmū. Uox domini super aquas deus maiestatis intonuit: dns super aquas multas. Uox dni in virtute: vox domini in magnificentia. Uox domini confringentis cedros: et cōfringet dominus cedros

libani. Et comminuet eos tanꝙ vitulum libani: ⁊ di-
lectus quemadmodum filius vnicorniū. Vox dñi in-
tercidentis flammam ignis/ vox dñi concutientis de-
sertum: ⁊ commouebit domin⁹ desertū cades. Vox
domini preparantis ceruos ⁊ reuelabit condensa: ⁊ in
templo eius omnes dicēt gloriā. Dominus diluuiū
inhabitare facit: et sedebit domin⁹ rex in eternū. Do-
minus virtutē populo suo dabit: dominus benedicet
populo suo in pace. Gloria patri ⁊ fi. Sicut erat. ⁊c.

¶ Post hec tangere eam debet de chrismate foris septi-
es: ⁊ intus quater dicendo Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus/ qui ante archā fe-
deris per clangorem tubarum muros lapideos
quibus aduersantium cingebatur exercit⁹ cadere feci-
sti: tu hoc tintinnabulū celesti benedictione perfunde
vt ante sonitū ei⁹ lōgius effugētur ignita iacula inimi-
ci/ percussio fulminum/ impetus lapidum/ lesio tempe-
statum: vt interrogationem propheticā/ Quid est ti-
bi mare ꝙ fugisti: suis motibus cum iordanico retro
acto fluento respondeat. A facie domini commota est
terra: a facie dei iacob. Qui conuertit solidam petram
i stagna aque: et rupem in fontes aquarum. Non er-
go nobis domine non nobis sed nomini tuo da gloriā.
Super misericordia tua et veritate tua. Vt cum pre-
sens vasculum (sicut reliqua altaris vasa) sacro chris-
mate tangitur et vngitur oleo sancto: quicunqꝫ ad so-
nitum eius conuenerint/ ab omnibus inimicorum tē-
tationibus liberi/ semper fidei catholice documēta se-
ctentur. Per dominum nostrum in vnitate eiusdem.

¶ Tunc ponat in turibulum ignem et thimiama et thus et
myrram erigendo turibulum supra [illegible]: vt totū
illud fumis colligat dicendo hanc antiphonā. Deus in

sancto via tua: quis de⁹ magnus sicut de⁹ noster ps.
Viderunt te aque deus viderũt te aque ⁊ timue-
runt/ et turbate sunt abyssi: multitudo sonitus
aquarum vocẽ dederunt nubes. Etenim sagitte tue
transeunt: vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt coru-
scationes tue orbi terre: commota est ⁊ cõtremuit ter
ra. In mari via tua et semite tue in aquis multis: et
vestigia tua nõ cognoscentur. Deduxisti sicut oues
populum tuum: in manu moysi et aaron. Gloria pa
tri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio ⁊
nunc et semper: et in secula seculorum amẽ. Postea di
cit. Domine exaudi. Dominus vobiscum. Oratio.
Omnipotens dominator christe cui secundum as
sumptionem carnis dormientium in naui dum
oborta tempestas maria conturbasset: et protin⁹ exci-
tato te imperante dissiluit: tu necessitatib⁹ populi tui
benign⁹ succurre. Tu hoc tintinnabulum sancti spiri
tus rore perfunde: vt ante sonitũ illius semper fugiat
inimic⁹: inuitetur ad fidem populus christianus: ho-
stilis terreatur exercit⁹: confortetur in domino per eũ
popul⁹ euocatus: atq; sicut dauidica cithara delecta-
tus desuper descẽdat spiritus sanctus. Atq; vt samue
le agnũ mactante i holocaustũ tuũ rex eterni imperij
fragor aurarum turbam repulit aduersantem: ita dũ
hui⁹ vasculi sonitus transit per nubila/ ecclesie cõuẽ-
tum manus seruet angelica: fruges credentium ⁊ mẽ
tes et corpora/ saluet protectio sempiterna. Qui viuis.
eiusdem. Deinde aspergatur aqua benedicta/ et tot⁹
populus presens. Et imponatur sibi nomen per sacer
dotem apponendo manus supra et similiter imponunt pa
trini et matrine. Et post presbiter eius nomen aut suum
nomen cooperiendo clocam lintheis. ❡ Finis.

¶ Sequuntur quedam regule secundum parui compotum ecclesie Romane cum multis aliis documentis.

Compot' est talis proprie dictus manualis.

¶ Pro litera dominicali.
A/b/c/sunt extra: g/supra: d/e/f/ manent infra.

¶ Pro annis domini habendis.
Octo bis ex centum remanent: ex centum viginti. S.
Filius esto dei celum bonus accipe gratis.

¶ Pro bissexto.
Bissextum sexte martis tenuere kalende.
Posteriori die celebrantur festa mathie.
Sabbata si teneant/ibi non alibi celebrantur.

Pro concurrente.
A. sex. b. quinq3. c. quatuor. e. duo. d. tres.
Primus concurrens f. litera/septimus est g.

Pro numero dierum cuiuslibet mensis.
Junius/aprilis/september/et ipse nouember
Dant triginta dies: reliquis superadditur vnus.
De quorum numero februarius excipiatur.
Nanq3 quater septem fertur habere dies.
Sed cum bissextus fuerit/superadditur vnus.

De septem planetis.
Sol ve. mercu. luna saturnus iuppiter et mars.

Quot nonas idus & kalendas.
Sex mayus nonas october iulius et mars.
Quatuor at reliqui: tenet idus quilibet octo.
Inde dies reliquos omnes dic esse kalendas.

De duodecim signis.
Est aries taurus gemini cancer leo virgo.
Libraq3 scorpius architenens capricornus & vrna.
Qui tenet et pisces: sita sunt hoc ordine signa:
Semper quindenis ponuntur signa kalendis.

¶ De numero aureo. Aureus hic numerus his versibus est manifestus. Vs. Ternus vndin. nod. octo sex quinqꝫ tred. ambo decem doct. Septem quind. quartus dud. iota nouem dest sext⁹ quat. ¶ Pro situatiōe. Est sine dm febru. sine to pril. iunius/augu. October sine qꝫ. bo vultqꝫ december abesse.

¶ Pro lunatione embolismali.

Embolismalis lunatio semꝑ erit par. Impare par/ impar pare/fit lunatio mēse. Illius est mensis cui dat lunatio finem. ¶ Pro clauibus.

Prima g iani. supremaqꝫ g qꝫ secunda Martis: et aprilis g tertia g qꝫ suprema. ¶ Pro aduentu.

Andree festo vicinior ordine quouis. Aduētum domini prima colit feria. Si cadat in lucem domini celebratur ibidem. ¶ Pro inditionibus. Si per quindenos domini diuiseris annos. His tres adiunges inditio sit tibi presens. Dant centum gentes tibi mille decem quoqꝫ reddit. Dū redit october inditio fit noua semꝑ. Quattuor atqꝫ tribus ipsi prelata diebus.

¶ Pro diebus egris. Augurio decies audito lumine clāgor. Linquit olens abies colit colus fercula gall⁹.

¶ Pro solstitijs. Hec duo solstitia faciunt cancer capricornus. Sed noctes equant aries cū libra diebus.

¶ Pro obseruatione ieiuniorum. Petrus & andreas paulus cum simone iudas. Ut ieiunemus nos admonet atqꝫ matheus. Nat. domini/pente. qꝫ iohan. lau. sumptio sancta. Sed cum predictis addes sanctos simul omnes. Horum vigilijs ieiunes luceqꝫ marci.

¶ Pro quattuor temporibus. Post pent. cru. luci. scio tēpora quattuor ānī. Pro festis mobilib⁹ inueniēdis. Post epipha. tres pri. tres di. pascha domini fit.

¶ In septuagesima tres sūt dominici. Circun. Esto.

Exurge. ¶ Quadragesima ser. In. Re. O. Le. In. Do.
¶ In tempore paschali ser. Re. Qua. Mi. In. Cã. Uo
Lune post rogationes celebrantur. Iouis sequens
ascensio domini. Secunda dominica post celebratur
penteco. Et in octaua die festum sanctissime trinitatis
estiualis. Et iouis sequenti festum sanctissimi sacra
menti. Et dominica proximiori aduentui festum tri
nitatis hyemalis. Et inter illa festa trinitatis celebrã
tur historie. ¶ Uersus pro historiis fiendis.
India dat bursas auratas ad data clausas.
¶ Nota q sunt septem historie post trinitatem estiua
lem que sunt celebrande infra trinitatem hyemalem.
Prima est. Deus omnium. Secunda. In principio.
Tertia. Si bona. Quarta. Peto domine. Quinta.
Adonai. Sexta. Adaperiat. Septima. Uidi dominũ.
Quelibet historia habet tot dominicas quota est i or-
dine alphabeti cuiuslibet dictionis hu9. s. India dat.
vt supra ¶ Regula sponsaliũ. Aduentus domini. sep.
ro. sponsalia demit. Post octa. epi. pas. pente tunc illa
resumit. Aspiciẽs veterem circũ. qua. quis benedicta.
Aduentum domini post festum suscipe lini. Salue fe-
sta dies que vulnera nostra coherces. Angelus est mis
sus: est passus in cruce christ9. Est adam factus & eo-
dem tempore lapsus. Ob meritum decime cadit abel
fratris ab ense. Latro dulce tamen per christum susci
pit amen. In cruce pro te sum: fili me respice cesum.
Pro vita populi respice quanta tuli.
¶ Sequuntur festa in quorum missa dicitur. Credo.
Festa dei matrisq3 sue sancti simul omnes. Crux/mi-
chael nascens precursor apostolus omnis. Magdale-
na dominicq3 dies hec Credo requirunt. ¶ Quãdo di-
citur Gloria i excelsis. et Ite missa est. et Te deum. s.

Non est Glo. sine Te. sine Glo. non dicitur Ite.
Cantat circum. Te. sine Glo. nec dicitur Ite.
Ac etiam dico duo sabbata dant sine Te. Glo.
¶ Pro collectis finiendis. Si collecta patrē prenominet/ & tamen infra Mentio sit prolis: in fine legas Per eundem. Mentio nulla sit prolis: tunc Per dn̄m dic. Si procedat in hac nomen nati sine patre. Qui cū patre deo viuis/ concluditur illa. Eiusdem dicas si spiritus intus habetur. ¶ Pro exorcistis.
Omnibus Oremus exorcistis prohibemus His non Per dominum/ liceat concludere finem. Sed per eum qui venturus damnare per ignem. ¶ De proprietatibus hostie. Cādida triticea tenuis nō magna rotūda. Expers fermenti/ non falsa sit hostia christi. Mortuus iste semel: sed vltra non morietur. Item quotidie super aras sacrificatur. Ara crucē tumulusq̧ calix/ lapidēq̧ patena. Sindonis effectum candida byssus habet.
¶ Modus eijciēdi seu separādi leprosos īfirmos a sanis



In primis eum infirmus seu leprosus vestitus toga & habitu solito/ existens in domo sua: aduētū presbyteri ituri ad domū ipsius & ad ecclesiā ducturi nō habet ignorare/ sed eū sic expectare. Nam presbyter indutus superpellicio & stola cruce precedente pgreditur ad domū infirmi ṽbis salutaribus alloq̄ns eū: ptēdēs ei & demōstrās q̧ hac infirmitate corporali sanitatē aīe donisq̧ salutis eterne bn̄dicens deū & laudans/ patienter q̧ tolerans/ secure potest sperare. Et alijs verbis scd̄m materiā subiectā platis. Presbyter leprosum aqua bn̄dicta respersum ducat ad ecclesiam cruce precedente & presbytero sequēte/ deinde infirmo. In ecclesia vero ante altare pannus niger si habeatur supponatur duobus tretellis desūctis et iuxta stet in-

firmus genibus flexis inter tritellos subtus ponit similitudinē mortui gerens q̄uis viuat corpore et spiritu deo donāte: et sic ibi deuote missam audire. Qua finita et aspersa aqua bn̄dicta per presbiterū cū cruce ad locū vbi morā debet trahere ducendus est. Quo ibidē perueniento/sacre scripture vtendo documentis/scilicet Memorare nouissima tua: et in eternū non peccabis. Unde augustinus dicit. Facile cōtemnit omnia qui se semper cogitat esse moriturum. Presbyter cum palla terram semper quēlibet pedum eius proiicit dicendo. Sis mortuus mundo: viuens iterum deo. Et eum cōsolans et in patientia corroborans verbis esaye de domino nostro iesu christo dicentis. Uere lāguores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. Et reputauim⁹ eum quasi leprosum percussum a deo et humiliatū. et dicat. Si in infirmitate corporali causa patientie christo assimilaueris: profecto sperare potes q̄ spiritu cum deo letaberis. Hoc tibi concedat altissim⁹ in libro vite ascribens te cum fidelibus. Amen.

¶ Notandum q̄ presbyter debet eū ducere ad ecclesiā et de tēplo ad suam domū vt defunctus/cantando ℟. Libera me domine. Ita q̄ idem infirmus fuerit coop tus pāno nigro. Et celebratur missa ī exclusione eiusdem ad libitū presbyteri vel infirmi. Sed tamē cōsuetum est dicere istā. Introitus. Circundederūt me Quere ī septuagesima. Collecta. Om̄ps sempiterne deus salus eterna credentiū. Ep̄la. Charissimi. Tristatur quis vestrum. ℟. Miserere mei. ℣. Cōturbata sunt alla. ℣. Qui sanat. Si ī quadragesima. Tract⁹ Cōmouisti. Euāgel. Intrauit iesus in capharnaū. Offer. Dn̄e exaudi. Secreta et postcōmunio in cōmemorationibus. Cōio. Redime de⁹ israel ex oībus angu-

stijs nostris. Missa vero celebrata exeūdo extra tēplū stare debet ad portam aspergendo eū aqua benedicta. Et debet eum recommendare populo. Prius tamē in firmus debet confiteri in ecclesia: et non plus. Et eum conducendo iterum incipit. Rm Libera me domine. cum alijs versiculis. Deinde quando pervenit in campis facit sicut predictum est et concludit faciendo prohibitiones sibi in modum qui sequitur.

Defendo tibi nūꝙ intrare in ecclesijs in foro/in molēdino/in furno/et in societatibꝰ populorū.

Item defendo tibi nūꝙ lavare manus tuas/nec etiā alia tui necessaria in fontibus/neqꝫ in rivulis quarūcunqꝫ aquarū. Et si vis bibere: haurias aquā cū tuo busillo vel aliquo vase.

Item defendo tibi ne de cetero vadas sine habitu leprosali: vt cognoscaris ab alijs. Et noli decalciatus esse extra domum tuam.

Itē defendo tibi ne tangas aliquā rem quē volueris emere in quocunqꝫ loco fueris: nisi cum quādā virga vel quodam baculo vt cognoscatur quid queris.

Item defendo tibi ne de cetero intres tabernas: vel alias domos si velis vinum emere: vel quod datur fac illud ponere in tuo barillo.

Item defendo tibi ne commiscearis alicui mulieri nisi tue coniugi.

Item precipio tibi eundo per itinera alicui te interroganti non respondeas nisi prius fueris extra iter sub vēto: vt non de te male habeat. Et ꝙ non de cetero vadas per strictum vicum: ne obvias alicui.

Itē precipio tibi si necessitas vrget tibi per quoddā pedagium supra apra vel alibi ire vt non tangas stipites vel instrumenta mediantibus quibus transieris.

nisi prius posueris tuas cyrotecas.
Item defẽdo tibi ꝙ nõ tãgas infantulos neqȝ iuuenes quicũqȝ sint: neqȝ eis vel alijs aliqñ des de bonis tuis.
Itẽ pcipio tibi ne de ceto comedas neqȝ bibas ĩ societatibꝰ: nisi cũ leprosis. Et scias ꝙ qñ mortieris ĩ domo tua sepultꝰeris: nisi fuerit de grã pcedẽte petita ĩ eccl'a
Sed nota ꝙ anteꝙ intret domũ suã debet habere tunicã ⁊ caligas de griseo: sotulares pprios videlicet simplices: ⁊ signũ suũ clamitelas: vnũ caputiũ ⁊ vnã togã duplicia lintheamina/ vnũ busillũ/ vnũ intrulorium/ vnã corrigiã/ vnũ cultellũ ⁊ vnã scutellã. Domꝰ enim debet esse parua: vnꝰ puteꝰ/ vnũ cubile ornatũ lintheaminibꝰ/ auricale/ vnam arcã/ vnã mẽsam/ vnã sedẽ/ vnũ luminare/ vnã pallã/ vnũ potũ: ⁊ alia necessaria.
Deide oibus cõpletis sacerdos sibi demõstret decẽ precepta que sibi fecit: et viuat ĩ terra in pace cum proximo. Nunc demõstrãda sunt ei decem precepta dei/ vt viuat ĩ celis cũ beatis ⁊ dicit ei presbyter populo p̃senti. Quere ĩfra illa decẽ pcepta suo loco. Demõstret ei etiã sacerdos ꝙ quotidie ⁊ quilibet fidelis xp̄ianus tenetur dicere deuote. Pater noster. Aue maria. Credo in deũ. ⁊ Credo in spiritũ. Munire se signo crucis sepe dicẽdo Bñdicite. Presbyter recedit dicẽs. Deum adorate et gratias deo reddite. Patiẽtiã habe: et tecũ erit dñs. Amẽ.
Sequũtur qdã ĩstructiões p curatis seu curã animarũ habẽtibꝰ. Et primo. Forma testamẽti.
In nomine dñi amẽ. Uniuersis p̃sẽtes literas inspecturis/ Curatus parochialis de rossiaco sancti Flori diocesis Salutẽ in dño. Notũ facimꝰ ꝙ in nostra presentia ac testiũ infra scriptorũ ad hoc specialiter vocatorum ⁊ rogatoꝝ propter hoc personaliter cõstitutus honestus vir Petrus N. clericus

parochianus noster iacens in lecto egritudinis/infirmus corpore/sanus tamẽ mente. Attendens ꝫ cõsiderans ꝙ vita hois est breuis super terrã: et ꝙ nichil est certius morte/nichil vero incertius eius hora: cupiẽs ꝓuidere saluti anime sue/et ad gaudia felicitatis eterne peruenire: testamẽtum suum ac suam eius vltimã volũtatẽ fecit ꝫ disposuit in modũ ꝫ formã sequẽtem. In primis eñ animã suã recõmẽdauit altissimo deo creatori suo dũ de corpore exierit: et beate marie virgini/totiqꝫ curie celesti. Corpus vero suũ terre vermibꝰ volens illud inhumari in cimiterio vel ecclesia de dicto roffiaco. Deinde voluit ꝫ ordinauit oĩa sua debita solui: forefacta ꝫ male acquisita per eũ si que sint reddi et restitui locis ꝫ ꝑsonis quibꝰ fuerit faciẽdũ. Itẽ dictus testator de bonis a deo sibi collatis ob remediũ aĩe sue legauit fabrice vel luminarie ꝑdicte ecclesie v.sol.t.

Item curato totidem Item vicario xii.d.t.

Item clerico vi.d.t. Item fabrice ecclesie beate marie sancti Flori ii.sol.vi.d.t.

Item elemosyne eiusdem ecclesie xii.d.t.

Item hospitalibus N. cuilibet vi.d.t.

Item conuentui fratrum predicatorum xii d.t.

Item legauit filiolis/cuilibet xv.d.t.

Item confrarie N. xii.d.t.

Et ad premissa oĩa et singula tenenda dictus testator nominauit executores suos Petrũ N. eius patrem/et Nicolaũ N. eius fratrẽ. Quibus executoribus ꝑ premissis oĩbus et singulis adimplendis dictus testator obligauit oĩa bona sua quecunqꝫ et vbicunqꝫ reuocãdo omnia alia testamenta si que sint alias per eum facta. Volens hoc suũ robur obtinere firmitatis meliori/bus/via/modo ꝫ forma quibꝰ valere potest ꝫ debet.

In cuius rei testimonium signum meū manuale ego N. p̄fatus curat⁹ vna cū sigillo p̄libate parochialis ecclesie de rossiaco apposui huic p̄sēti testamēto. Acta fuerūt in domo dicti testatoris Anno dñi millesimo cccc. nonagesimo die vero N. mensis. N. p̄sētibus Johanne N. Jacobo N. et pluribus alijs testib⁹ ad hoc rogatis et vocatis.

¶ Forma litere testimonialis bannorum proclamatorum pro matrimonio contrahendo.


Niuersis presentes literas inspecturis curatus ecclesie parochialis de N. sancti Flori diocesis curato de N. eiusdem diocesis salutem in domino. Notum facimus q Richardus N. parochian⁹ noster non est in registris nostris aliqua excommunicationis sententia innodat⁹. Nec scimus in eo aliquod impedimentum canonicum propter quod ecclesia sacramenta sibi debeant denegari seu etiam retardari. Insuper tria banna per tres dies dominicos siue festiuos solennes ad solennizationem matrimonij futuri de ipso cum Margareta N. in ecclesia nostra predicta palā et publice proclamauimus seu proclamari fecimus/quibus nullus se opposuit seu contradixit. Rogamus igitur discretionem vestram quatenus dictum N. parochianum nostrum cum Margareta N. parochiana vestra per verba de presenti in ecclesia vestra vel matrimonialiter copuletis: nisi q ex parte vestra sit aliquod aliud impedimentum quod obsistat. Et hec omnibus quorum interest aut interesse poterit in futurum tenore presentium certificamus. Datum sub sigillo ecclesie nostre p̄fate. Anno domini Millesimo. cccc. nonagesimo die N. mensis N.

¶ Sequitur tabula in hoc libro contentorum.


Benedictio salis et aque. Folio ij
Aspersio aque benedicte tempore paschali. iii.
Benedictio panis dñicis diebus. fo.v.et.lvii.
Cantus euangelii Liber generationis qui in nocte nati.dñi canitur. eodem.
Lectio alternatim cantãda eadem nocte viii.
Cantus euãge. Factũ est autem. in nocte epypha. cantandus. x.
Benedictio luminis in festo purificationis beate marie. xiii.
Seruitium quatuor temporum in capiteieiunij cũ bened.cinerum xvi.
Bñdictio frondiũ in dñica palmarum. xviii.
Seruitiũ in cena dñi. xx.
Seruit.i vig.pasche. xxv.
Ordo ad faciendũ cathecuminum. xxxiiii.
Bñdictio fontis. xxxvii.
De baptismo. xliiii.
De purific.mulierũ xlv.
Ordo sponsalium xlvi.
Seruitiũ pegrinoꝝ lviii.
Benedictio ensis noui militis lxiii.
Benedictio carnium in die pasche lxiii.
Benedictio carnis/casei/butyri/ouorũ siue pastillarum pasc. lxiiii
Benedictio nouorum fructuum eodem.
Benedictio ad om̃ia quecunq; volueris eodem.
Benedictio seminis.eod.
Bñdictio pomorum i die sancti iacobi apl'i. eodẽ.
Bñdictio elemosyne.lxv.
Benedictio scuti ꝯ baculi ad duellum. eodem.
Benedictio oculorum infirmorum. lxvi.
Benedictio nauis.eodẽ.
Benedictiones mense/et gratiarũ actiones. lxvii. et lxviii.
Seruitium includendorum. lxix.
Prefatiões.lxxv.ꝯ.lxxvi.
Canon cum rubrica a nouo incipientibus commodissima lxxviii.
Ordo ad visitã.infir.lxxx
Extrema vnctio xciii.

Tabula

Cōmēdatio aīarum ci
Rubrica de vigi. mor. cxii
Vigilie mortuorum. cxiij.
Psalmi cantandi in cōmē
datione animarū. cxxix.
Missa p defūctis. cxxxiiii
Inhumatio defun. cxliiii
Benedictio tumuli. clii.
Missa de sācta cruce. cliii.
Missa de btā maria. eodē
Epistola cū euangelio de
trinitate. clv.
Missa de sancto spū. eodē
Cōfirmatio puerorū. clvi
Benedictiones omniū re-
rum ecclesiasticarū. clvii.
Benedictio ad oīa, clxi.
Benedictio cāpane. eodē.
Compotus. clxiii.
Modus separandi lepro-
sos clxiiii.
Forma testamēti. clxvi.
Forma bannorum procla
matorum. clxvii.

Finis.

Explicit manuale ad usum insignis ecclesie
Sarisburiensis / tam in cantu q̄ in litera di-
ligentissime recognitum: et nusq̄ ante
hac elimatius impressum. In quo
ea que seruat ecclesiasticus ri-
tus ordine congruo conne-
ctuntur. Excussum Ro-
thomagi. Impensis
Roberti valentini
Bibliopole.
M.D.lv.



Collated, some words cut from leaf l8, otherwise perfect
B. Quaritch Ltd,

Lot 235 Sotheby's 31-3-31

